







STATUTI
E
PRIVILEGI

DEL PARATICO E FORO DELLA UNIVERSITA' DE' MERCANTI
DELLA CITTA' E DISTRETTO DI BERGAMO


COLL' APPROVAZIONE

DEL SERENISSIMO DOMINIO VENETO

ED ALTRE DUCALI, TERMINAZIONI, SENTENZE, ED ATTI
APPARTENENTI ALLA LEGISLAZIONE MERCANTILE.

NUOVA EDIZIONE

Accresciuta delle più recenti ORDINAZIONI, e resa a portata
di tutte le persone ancora, che non intendono
la Lingua Latina.



IN BERGAMO MDCCLXXX.

PRESSO VINCENZO ANTOINE
CON LICENZA DE' SUPERIORI.

PREFAZIONE
DELL' EDITORE.

Pochi ſono, ma ſaggi ed importanti gli antichi Statuti Mercantili di queſta Città. Alcuni ne ſono ſtati ai medeſimi aggiunti, non meno utili, nell' ultima Edizione, che ne è ſtata fatta, ſpecialmente in propoſito di Cambiali. Ma anche queſta ultima Edizione eſſendoſi reſa molto rara, ed affatto inſufficiente alle ricerche, che ne vengono fatte; ed eſſendo io perciò ſtato incaricato da queſto molto Illuſtre Conſolato Mercantile di darne al pubblico una nuova Edizione, ho creduto di far coſa univerſalmente grata, ſe a ciò, di che era ſtata arricchita l' ultima Edizione, io aveſſi aggiunte alcune altre Ordinazioni, che mi ſono ſembrate appartenere direttamente, anzi formar parte della diſciplina Mercantile di queſta Città. Ho creduto pure di far coſa comoda a molti, mettendo in queſta mia Edizione alle teſte

di ciascuno degli antichi Statuti scritti in lingua Latina una specie di Paratitolo, o sia di compendio in lingua Italiana, che ne esprimesse abbastanza chiaramente tutto il contenuto, e che servisse nello stesso tempo alli Statuti medesimi d'indicazione, o come volgarmente dicesi, di Rubrica. Con queste viste io ho intrapresa la nuova presente Edizione delle Leggi mercantili di questa Città, alle quali, se io avrò soddisfatto, io mi lusingherò di avere intieramente adempiuta la commissione, di cui io sono stato onorato.



PRE-

PREFAZIONE
DELL' ANTICA EDIZIONE.

IN Nomine Christi, ejusque Genitricis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, ac Sanctissimi Evangelistæ nostri Sancti Marci, nec non Beatissimi Andreæ Apostoli, Martirumque Vincentii, & Alexandri Patronorum nostrorum, totiusque Curiæ Cælestis nominibus invocatis, eorumque auxiliis misericorditer imploratis in, & pro infrascriptis peragendis, exequendis, conservandis, & manutenendis. Hæc enim sunt Statuta, ordinamenta, & reformationes Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami, facta, compilata, ordinata, & reformata per Dominos Consules, & Sapientes dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum, & alios Mercatores ad hoc electos, & deputatos ad honorem, & augmentum felicissimi Status Serenissimi, & Inclyti Duc: Do. N. Venetiarum: ac visa, correcta, examinata, & approbata per Magnificum, generosum, ac Clarissimum Ar. & utriusque juris Doct. D. Barbonum Mauroceno Dignissimum Potestatem Pergami, nec non visa, examinata, & approbata per Magnificum, & generosum, ac famosissimum Ar. & J. U. D. Dominicum Nicolaum de Canali Dignissimum V. Potestatem, & Capitaneum Pergami, ac etiam visa, examinata, laudata, & approbata per egregios Viros D. D. Gratiolum de Albano, Antonium de Brembate, & Bastianum de Baniatis, Antianos Communitatis Pergami, ad hæc deputatos, & electos, per Magnificam Communitatem Pergami, tempore Consulatus Nob. Virorum D. D. Guelmi de la Pianca, Joannis de Brixianis, & Joannis de Adraria, Consulum dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami. Anno Domini MCDLVII. Indictione V.

NOI

NOI RIFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA

Avendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. Fra Gio: Tommaso Mascheroni* Inquisitor Generale del Santo Officio di *Venezia* nel Libro intitolato *Statuti e Privilegi del Paratico, e Foro dell' Università de' Mercanti della Città, e Distretto di Bergamo &c. MS.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro niente contro Principi, e Buoni Costumi, concediamo Licenza a *Vincenzo Antoine* Stampator *di Bergamo*, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Srampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 21. Agosto 1779.

(Pietro Barbarigo Riformator.

(Andrea Tron Cavalier Procurator Riformator.

(Sebastian Foscarini Cavalier Riformator.

Registrato in Libro a carte 413. al num. 1556.

Davidde Marchesini Segr.

S T A-

STATUTI E PRIVILEGI

MERCANTILI DI BERGAMO.

CAPITOLO PRIMO.

Che ogni anno in Dicembre fiano tratti a forte nel Configlio Generale de' Mercanti dodici Elettori, i quali eleggano a pluralità di Voti quattro Confoli de' Mercanti. E che questi fiano tenuti giurare l' offervanza de' Statuti Mercantili; nè poffano avere di Salario, oltre quattro Lirette di Cera, fe non quanto farà loro taffato dal Paratico de' Mercanti.



Primo. Statutum, & ordinatum eft, quod quatuor Confules Mercatorum Pergami eligantur in Concilio Generali Paratici, & Societatis Mercatorum Pergami quolibet anno de menfe Decembris, per duodecim Electores eligendos in dicto Concilio fortibus, qui Electores in præfentia Confulum tunc ipfius Paratici, & Societatis, poffint, & debeant nominare omnes illos, quos crediderint effe fufficientes ad dictum Officium Confulatus, & quod Confules tunc exiftentes, feu unus ex iis, facere debeat Partitam cum buffolis, & balottis, vel fcaffis inter ipfos Electores de quolibet fic nominato per ipfos Electores, & quod quatuor ex illis nominatis ut fupra, de quibus major pars dictorum Electorum fuerint in concordia, factis prædictis cum buffolis, & balottis, vel fcaffis inter eos, per prædictos Confules, & unum ex dictis Confulibus ut fupra, effe debeant Confules dicti Paratici, & Societatis Mercatorum anno proxime futuro, tunc fequenti, & per totum dictum annum durare debeant in dicto Officio, inchoando dictum Officium in Kalendis Januarii cujufque anni, & finiendo die ultima Decembris proxime fequenti, & jurare debeant omnes prædicti Confules Mercatantiæ, fic electi ut fupra, dictum fuum Officium bene, & legaliter exercere, & obfervare Statuta, & ordinamenta dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami & ftare, & fupereffe ad dictum eorum Officium diebus, & horis debitis, & reddere rationem cuilibet petenti, fecundum formam Statutorum dictæ Mercatantiæ. Quam electionem Confulum Novorum, fieri facere debent Confules Veteres antedicti, faltem per tres dies ante exitum fui Officii ad minus, qui Confules habeant, & habere debeant a dicto Paratico pro fuo Salario quolibet anno quatuor Librettas Candelarum Ceræ pro quolibet eorum, videlicet duas Librettas ad Feftum Pafchatis Refurrectionis D. N. J. C. & Librettas duas ad Feftum Nati-

Nativitatis D. N. J. C. & ultra hoc totum illud, quod eis taxabitur, & limitabitur per dictum Paraticum, & homines de dicto Paratico, vel per majorem partem eorum: Et quod durante eorum Consulatu ipsi Consules, Sapientes, & Notarii non possint compelli per Commune Pergami, nec per aliquos Officiales dicti Communis pro exercitu fiendo per Commune Pergami, seu ejus Officiales, nec ad ipsum exercitum ire, nec mittere, nec ad aliqua alia onera personalia; sed teneantur continue stare in dicta Civitate Pergami, pro eorum exercendo, & superesse dicto eorum Officio. Casu quo aliquis Consul, qui electus fuerit ut supra, noluerit acceptare dictum Officium Consulatus, vel si aliquis ex dictis Consulibus, intra terminum sui Consulatus decederet, quod ipsis casibus evenientibus, vel aliquo eorum, præfati Electores, & Consules Veteres, vel pars major eorum, teneantur & debeant eligere, & subrogare unum alium Consulem loco illius, qui sic noluerit acceptare, vel decesserit; & quod Consules, qui sic electi fuerint, vel sint, vel aliquis eorum, non possint, nec valeant subrogare, nec eligere aliquem alium Consulem in locum ejus, vel eorum ad dictum Officium Consulatus; & quod talis subrogatio, & substitutio sit nulla, ac si aliqua facta non fuisset.

C A P. I I.

Che da' medesimi dodici Elettori siano eletti ogni anno otto Savj a fare i conti alla Società de' Mercanti, e due Sindachi a censurare gli atti, e le mancanze de' Consoli usciti.

Item quod prædicti duodecim Electores in dicto Concilio eligere debeant octo bonos Mercatores dicti Paratici, qui appellentur, & sint Sapientes, & credendarii dicti Paratici Mercatorum, qui una cum Consulibus dicti Paratici debeant facere, & calculare rationes dicti Paratici, qui durent per annum, ut supra, & duos Sindicatores, qui sindicare debeant Consules Veteres dicti Paratici de commissis, & omissis per eos tempore eorum Officii.

C A P. I I I.

Che i Sindachi debbano fra dieci giorni dalla loro elezione invitare con Proclama chi avesse delle querele a fare contro i Consoli usciti, e comparendo alcuni fra quindici giorni dopo il Proclama far loro ragione.

Item quod Sindicatores electi, seu eligendi ad sindicandum Consules Mercatorum Pergami de commissis, & omissis per eos, teneantur, & debeant infra decem dies a die dictæ electionis, facere proclamari publice per Civitatem, & Burga Pergami in locis, & Plateis consuetis ex eorum parte, quod

quod quælibet persona, quæ vult, & intendit se conqueri de prædictis olim Consulibus, aut eis, vel alicui eorum dare Libellum, & quærimoniam de aliquibus per eos, vel aliquem eorum commissis, vel omissis debeat infra quindecim dies proxime venientes post prædictas omnes Proclamationes comparere coram ipsis D. D. Sindicatoribus ad bancum juridicale Mercatorum Pergami, seu in illo loco, quem voluerint deputari prædicti Sindicatores receptum ad eis Justitiæ complementum, & si aliquis Mercator, vel aliqua alia persona infra ipsos XV. dies non comparuerit, & libellum, & quærimoniam non produxerit, ut supra, infra decem dies proxime subsequentes, absolvere debeant ipsos Consules a dicto eorum Officio, & de omnibus commissis, & omissis, vel per aliquem eorum, tempore eorum Consulatus; & si quis comparuerit, & produxerit ut supra infra ipsum terminum, fiat ei jus; & si aliquis comparuerit injuste, & libellum, & quærimoniam produxerit, quod tunc, & eo casu talis comparens ut supra condemnetur, & condemnari debeat per dictos Sindicatores, in tantum, quantum venirent condemnandi dicti olim Consules, vel aliquis eorum, si libellus, & quærimonia legitime probata fuisset, cujus pœnæ medietas sit Consulum, contra quos sic injuste ageretur ut supra, & alia medietas Paratici Mercatorum Pergami.

CAP. IV.

Che nessuno, il quale non sia Mercante, possa essere del Consiglio Mercantile, nè avere da quello alcuna Carica, o Magistratura, fuorichè il Notariato de' Consoli.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod aliquis, qui non sit Mercator publicus, & descriptus super libro Mercatorum Pergami, vel qui non utitur Mercatantia per se in Civitate Pergami, Burbiis, & Suburbiis, non possit habere, nec exercere aliquod Officium, nec esse de Consilio dictæ Mercatantiæ, exceptis Notariis ipsorum D. D. Consulum Mercatorum Pergami.

CAP. V.

Che i Consoli scadenti abbiano cura di non permettere sia balottato Console del seguente anno alcun loro Fratello, Padre, o Figlio, nè chicchessia della stessa Famiglia.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod Consules, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, non permittant ponere in partitis ad eligendum, nec dimittere eligi Consules in sequenti electione, aliquem suum Fratrem, Patrem, nec Filium, nec etiam aliquem stantem secum in eadem Familia; & si contrafactum fuerit, electio sit nulla.

CAP. VI.

Che chiunque distraesse per qualunque motivo cosa di ragion del Paratico sia condannato dai Consoli nel quadruplo ; che però possano i Consoli , ed altri Officiali , e Mercanti spendere dei Danari del Paratico per i bisogni, e vantaggi della Società Mercantile.

Item statuerunt , & ordinaverunt , quod havere dicti Paratici , & Mercatantiæ non detur , donetur , vel concedatur , aut dari , donari , vel concedi non possit alicui personæ cujusvis status , vel conditionis existat ; & quilibet Officialis , seu Mercator contrafaciens , teneatur ad restituendum totum id quod donaverit , dederit , vel concesserit de havere ipsius Paratici Mercatorum Pergami , in quadruplum de suo proprio havere ; quam pœnam Consules , qui nunc sunt , & pro tempore erunt in dicto Officio Mercatorum , teneantur exigere , ac exigisse debeant , ante exitum eorum Officii , ad pœnam solvendi de proprio suo Capitali , salvo tamen quod liceat dictis Consulibus , Officialibus , & Mercatoribus ut supra expendere , & expendi facere de havere prædicto dicti Paratici pro Negotiis & utilitatibus , & oblationibus fiendis , constitutis per Commune Pergami , & Paraticum , Societatemque dictæ Mercarantiæ Pergami ; & quod prædicta committantur inquirenda , & punienda prædictis D. D. Sindicatoribus , qui de anno in annum eliguntur .

CAP. VII.

Che siano eletti , o confermati ogni anno dai Consoli due Notaj , o Cancellieri della Camera de' Mercanti a tener Registro di tutti gli atti del Consolato , e Consiglio Mercantile , e descrivere in un Libro detto Vacchetta di giorno in giorno tutti quelli , che contraffaranno a' presenti Statuti , perchè siano da' Consoli con alcuno de' Savj a tenore de' medesimi condannati , o assolti.

Item statuerunt , & ordinaverunt , quod eligantur , ac habeantur semper per ipsos Consules concorditer duo boni Notarii discreti , & Legales , qui appellentur , & sint Notarii Cameræ Mercatorum , ac Societatis Mercatorum Pergami , & scribere debeant Consilia , & Reformationes Consiliorum dicti Paratici , & Societatis Mercatorum Pergami , & ea ponere bene , & ordinate in Libro Reformationum suprascripti Paratici , & etiam facere , & scribere acta , & processus fienda , & fiendos per Consules dictæ Societatis , & coram eis , vel aliquo eorum , & omnia alia , quæ ad actum , & Officium Notariæ pertineant , & necessaria fuerint Societati , & Paratico Mercatorum prædictorum , & quolibet anno debeant eligi , vel confirmari per Consules Mercatorum Pergami ; & habeant pro eorum salario , seu feudo

Libras

Libras sex Imperial. pro quolibet Notario, & in quolibet anno de havere proprio dicti Paratici, & Societatis, & omnia infra Salaria eis assignata ut infra, & quod ipsi Notarii teneantur, & astricti sint omni die scribere omnes illas personas, quæ reperirentur aliquid facere, vel committere contra Statuta Mercatorum, quæ veniant condemnandæ de jure, & eas personas in Vacchetta ponere, & omnimode eas in scriptis ostendere, & notificare Consulibus Mercatorum hujusmodi condemnationes pertinere fieri, & talibus contrafacientibus ad hoc, ut ipsi Consules possint procedere, & inquirere contra tales contrafacientes, & ad hoc, ut ipsi Consules una cum uno de Sapientibus dicti Paratici, vel pluribus, tales possint condemnare, vel absolvere, secundum formam præsentium Statutorum, & si ipsi Notarii non sic fecerint, & pro sua negligentia, aut per malitiam omiserint, cadant in pœnam dicto Paratico in tantum quantum prædicti, qui sic contrafecissent, venirent condemnandi secundum formam præsentium Statutorum.

CAP. VIII.

Che i detti Notaj siano obbligati mostrare ciaschedun mese, e ad ogni ricerca de' Consoli gli Atti del loro Consolato, e del Consiglio Mercantile in forma pubblica registrati; ed uno di essi sia tenuto assistere all' Officio Mercantile ogni dì Giuridico, e sempre che vi siano i Consoli.

Item quod Notarii dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum teneantur, & debeant in publicam formam singulo mense ipsis Consulibus ostendere, & in scriptis dare ad eorum requisitionem omnia Consilia, rationes, acta, & processus factos per dictos Consules, & coram eis, & per Mercatores dictæ Societatis tangentia negotiis dictæ Societatis Mercatorum, sub pœna totius sui salarii, & privationis sui Officii; ita quod non possint, nec debeant eligi in aliquo Officio dicti Paratici infra tres annos tunc proxime futuros, postquam privati fuerint Officio prædicto propter defectum prædictum; & quod unus ex illis Notariis debeat semper superesse Officio ipsius Paratici cum ipsis Consulibus singulis diebus deputatis pro jure reddendo ad dictum Officium, & horis debitis durante eorum Officio, sub pœna soldorum quinque Imper. pro qualibet vice, quæ pœna applicetur dicto Paratico Mercator.

CAP. IX.

Che abbiano cura li Sindachi di punire i Notaj, se prenderanno più della Tariffa, e prestino fede all' accusatore con un Testimonio di buona fama.

Item quod Notarii dicti Paratici, & Societatis Mercatorum Pergami sint, & esse debeant contenti quantitatibus infrascriptorum salariorum, &

quod infraſcripta ſalaria, poſſint, & eis liceat licite pro remuneratione laboris eorum petere, & exigere, ac habere, ut ſupra continetur, & non ultra, ſub pœna ſoldorum duorum Imper. pro quoque denario, quem plus recipient applicandorum pro medietate illi, vel illis, a quo, vel quibus recipient, & pro alia medietate dicto Paratico, & detur fides accuſatori, vel denunciatori cum uno teſte bonæ famæ, & opinionis, & prædicta committantur inquirenda, & punienda prædictis D. D. Sindicatoribus, eligendis ut ſupra.

C A P. X.

Tariffa per i Notaj del Conſolato Mercantile.

De qualibet ambaſciata cujuſque Perſonæ uſque ad ſex Perſonas	den. quatuor.
Et abinde ſupra, pro qualibet	den. duos.
De quolibet comp. cujuſque Perſonæ	den. ſex.
De quolibet Termino	den. ſex.
De qualibet admonitione	den. ſex.
De quolibet juramento	den. quatuor.
De quolibet Teſte, ſeu atteſtatione Teſtis ſol. tres	den.
De Præſentatione, & Publicatione Teſtium	den. ſeptem.
De productione Jurium	den. ſeptem.
De quolibet articulo	den. ſex.
De qualibet Parabula, ſeu Licentia per Contumaciam uſque ad duas Perſonas, pro qualibet	den. decemocto.
Et abinde ſupra pro qualibet	den. ſeptem.
De Deſcriptione cujuſque pignoris	den. ſeptem.
De quolibet Mandato relevandi pegnos	den. decemocto.
De revocatione cujuſque parabulæ	den. ſeptem.
De qualibet deſcriptione, & præſentatione cujuſque detenti	ſol. tres.
De quolibet Incantu ſi pretium rei, quæ incantaretur, aſcenderet uſque ad ſummam Lib. 10.	ſol. quinque.
Et ſi pretium rei, quæ incantaretur, aſcenderet a decem Libris ſupra uſque ad ſummam Lib. 50.	ſol. decem.
Et a prædictis Lib. 50. uſque ad omnem ſummam	ſol. quatuordecim.
Et hoc ſi prædicti Incantus fierent in Civitate, & Burbis Pergami.	
Et ſi extra Civitatem, & Burbia Pergami dicti Incantus fierent, ultra prædicta, ſolvantur ipſis Notariis pro eorum mercede, ſi exierint Civitatem, & Burbia Pergami pro prædictis In-	

can-

cantis, juxta taxationem præfatorum Consulum fiendam.

De qualibet descriptione cujusque Vetiti den. quatuordecim.

De qualibet Parabula, seu Licentia super Instrumento, solidos duos, & den. quatuor.

De cæteris autem Scripturis, & Articulis, quas, & quos in Actis describent, ipsi Notarii, & quilibet eorum habeant, & percipiant pro eorum salario, durante eorum Officio, tantum quantum possunt percipere, & percipiunt Notarii Bancorum Magnifici D. Potestatis Pergami, & Consulatus Justitiæ Pergami, secundum formam Statutorum Communis Pergami, & non ultra, sub pœna, & banno qualibet vice apponenda ut supra.

C A P. X I.

Che il Salario degli altri Officiali de' Mercanti sia eguale a quello di que' del Podestà, e del Comune.

Eodem modo fiant solutiones Servitorum ejusdem Mercatantiæ, ac Servitoribus Baroariis, & aliis Officialibus Magnifici D. Potestatis Pergami, de Relaxationibus, Ambasciatis, Intromissionibus, & aliis negotiis, & executionibus dicto Officio per eos factis, & fiendis, & secundum formam Statutorum Communis Pergami; & quas expensas Notariorum, Servitorum, Baroariorum, Officialium Magnifici D. Potestatis, & Communis Pergami, teneantur dicti Debitores ipsis Creditoribus reficere, & compellantur etiam ad damna, & interesse, si ipsis Dominis Consulibus Mercatorum videbitur.

C A P. X I I.

Che fatta la elezione de' Consoli, e de' Savj, siano dagli uni, e dagli altri unitamente eletti dodici onesti Mercanti ad esaminare con alcuno di essi Consoli le Misure, e i Pesi de' Mercanti, a veder le Caldaje de' Tintori, e Folatori, e conoscere se gli Speciali usano dell' inganno nelle Cere, Confetture, e Droghe, condannandoli a misura del fallo.

Item quod statim electis Consulibus, vel prope per spatium octo dierum, suprascripti Consules, una cum Credendariis, seu Sapientibus dicti Paratici, & Societatis Mercatorum, teneantur eligere duodecim bonos homines Mercatores, qui durare debeant per totum annum, & ire debeant cum Consuli-

fulibus prædictis omni Mense duo ex ipsis duodecim Mercatoribus ad temptandum Passus, Mensuras, Stateras, Balancias, & omnia quibus utuntur pro mensurando, & ponderando Mercatanti, si sunt justa, vel non, & tenere, & dare talem ordinem, quod quis non possit uti falsis Mensuris, nec facere aliquam falsitatem in talibus rebus, & Mercatantiis; & ire ad Calderas Tinctorum, & Fullatorum, & ad alia necessaria Paratico, & omnes quos invenerint facere contra formam Statutorum, condemnare secundum formam præsentium Statutorum; & habeant, & habere debeant pro eorum salario quartam partem condemnationis fiendæ super hæc; & qui possint ammendare, & inquirere omnes qui faciunt contra Statuta dicti Paratici; & quod non possint eligere aliquem ex supradictis duodecim hominibus, nisi sint primo scripti in Libro Paratici Mercatorum, & quod ipsi duodecim homines non sint Datiarii, neque habentes salarium a Datiariis; & ipsi duodecim homines, seu duo ex eis vadant, & ire debeant cum ipsis Consulibus ad, & per Stationes Speciariæ, ad videndum si faciunt aliquam falsitatem in Candelis, Ceris, Ceriolis, Confectionibus, & Piperatis, & si invenerint quod tales Speciarii facerent aliquod fallum, vel falsitatem in talibus, condemnentur per ipsos Consules in Libris vigintiquinque Imperial. & minus arbitrio Dominorum Consulum Mercatorum, applicandis dicto Paratico, & quod comburantur tales Mercatantiæ sic falsificatæ, & si invenientur bis committere fraudes, condemnentur per ipsos Consules in Libris vigintiquinque Imperial. & nihilominus tales Mercatantiæ sic falsificatæ comburantur.

C A P. X I I I.

Che se in una Compagnia di Negozio, nella quale uno averà contribuito il Capitale necessario, e l'altro non vi averà messo, che il suo impiego personale, quello, che ha dato il danaro, volesse sciogliere la Compagnia, possa l'altro ritenersi tutta la sua porzione in Mercanzie di Negozio, purchè esibisca di riceverle a maggior Prezzo, che il Capitalista: dando però idonea Sicurtà di soddisfare il Compagno della sua parte in sei Mesi, più, o meno ad arbitrio de' Consoli; salvi sempre i patti della Compagnia.

Item quod si contigerit aliquam Societatem hinc retro factam esse, vel in futurum fieri inter, & per aliquos Mercatores Pergami, ejusque Districtus, & Episcopatus, in qua unus, vel plures ex eis exponerent pecuniam, vel Mercaturas appretiatas, & alius, vel alii exercitium personæ suæ; & casus contigeret, illum, vel illos, qui exposuerit, vel exposuerint pecuniam, vel mercimoniam in ipsa Societate, velle dividere ipsam Societatem, quod tunc, & eo casu liceat, & licitum sit illi, vel illis, qui sic exposuerit, vel exposuerint in ipsa Societate exercitium personæ suæ, tantum accipere, vel recipere in ipsa divisione de Mercantiis, & rebus existentibus in ipsa

ipsa Societate, si voluerit, vel voluerint eas accipere majori pretio, quam ille, vel illi, qui in dicta Societate, vel Mercantia exposuisset, seu exposuissent pecuniam, vel Mercantias, & hoc nisi ipsis D. D. Consulibus ex aliqua justa causa videretur contrarium; ipse, qui sic exposuerit exercitium, & servitium personæ in Societate ut supra, satisdent idonee, cum idoneis fidejussoribus de solvendo Socio, seu Sociis id, quod ei, vel eis dare deberet ad medium annum, tunc proxime venientem, vel ad brevius, vel longius tempus, arbitrio præfatorum D. D. Consulum, salvis semper omnibus pactis celebratis, & celebrandis inter, & per ipsas partes, quæ servari debeant prædictis non obstantibus.

CAP. XIV.

Che siano tenuti i Consoli venire alla Banca ad ascoltare le instanze almeno il Lunedì, Mercoldì, e Venerdì.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod prædicti Consules Mercatorum Pergami teneantur venire ad Bancum in loco ubi debet, vel debebit reddi jus occasione Mercatantiæ, semel in die, diebus, & horis debitis, saltem diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris pro jure reddendo, sub pœna cuilibet Consuli soldorum decem Imper. pro quolibet, & qualibet vice, & hoc nisi ipsi Consules justam causam, & excusationem habeant, quæ pœna applicetur dicto Paratico, & nihilominus quod possint venire omnes, vel aliquis eorum omni die ad Officium Consulatus pro jure reddendo, si eis placuerit, & si necesse fuerit.

CAP. XV.

Che i Consoli, ed altri Officiali dovranno essere risarciti dalla Società d'ogni spesa fatta per interesse del Paratico, e d'ogni danno avuto a motivo del loro Officio.

Item quod si Consules dictæ Societatis, vel etiam alii de dicta Societate, seu Paratico, electi fuerint, seu forent ad faciendum aliquid pro ipsa Societate, Communitate, vel Paratico, & ea occasione aliquod damnum sustinerent, vel eis proinde occurreret aliquo modo, totum illud damnum, & dispendium eis, & cuilibet eorum resarciatur per ipsam Socieratem, & Communitatem, seu Paraticum, & inde conserventur indemnes, nisi per dolum, vel culpam prædictorum damnum contingat.

CAP.

CAP. XVI.

Che i Consoli de' Mercanti abbiano e ordinata, e summaria Giurisdizione in ogni Controversia Mercantile; e il Podestà sia tenuto far eseguire le loro Terminazioni.

Item statutum, & ordinatum est, quod Domini Consules dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami, qui nunc sunt, vel per tempora erunt, & in futurum erunt, & quilibet eorum in solidum habeant omnimodam jurisdictionem, & bailiam, ac possint, valeant, & debeant audire, cognoscere, definire, & terminare de omnibus Litibus, Causis, Quæstionibus, & Controversiis vertentibus, & quæ verti contingerent, seu contingent, & quæ movebuntur, & moverentur coram eis, vel aliquo eorum, inter, & contra aliquos Mercatores, & etiam Fidejussores alicujus ipsorum Mercatorum, & etiam Forenses, undecumque sint, vel per, & inter, & contra quamlibet aliam Personam, sive Mercatorem publicum, sive non, & sive descriptus fuerit super Libro Mercatantiæ, sive non, occasione Negotiationis, seu Mercatantiæ, venditionis, emptionis, revenditionis, tam in pauca, quam in magna quantitate Lanarum, Pannorum, Bombicis, Fustanorum, Ramonis, Ferri, & cujuslibet alterius manieriei Metallorum, Speciariæ, Pelliciariæ, Curaminis, Tinctoriæ, Sethæ, Merciariæ, Localium, Guadi, Auri filati, Feluselli, Valaniæ, Lini, Olei, Piscium salsorum, Saponis, Luminis, Feciæ, Valentanarum, Capitionum, & Canepatis, Lignaminis ab opere, Cordariæ, Bestiarum, Rasiæ, Sonsuæ, Sepi, Cacei, Bladii, Calcinæ, & alterius a fornace, Tuciæ, & aliarum quarumcumque Mercantiarum, & rerum specificatarum in contractu Datii Mercatantiæ, & Bilanciæ generalis Civitatis Pergami, cujuscumque quantitatis existant, & de quibus specifice, vel generaliter solvi debet Datium, secundum formam dicti contractus Bilanciæ generalis, & etiam connexorum, & dependentium ab eisdem, vel aliquo eorum, & cujuslibet alterius manieriei Mercatantiæ, quæ exercetur per ipsos Mercatores, & contrahentes cum eis, & utentes, vel mittentes per stradas: & remunerationis, vel mercedis, dictis occasionibus, vel aliqua earum, & quantumcumque ascendant dictæ mercedes: & etiam inter Mercatores, vel contra Mercatores, Fullatores, Tinctores, Textores, Orditores, Cimatores, Revenditores, & alios Laboratores, Mercenarios, & Contrahentes cum eis occasione dictarum Mercantiarum, & cujusque earum, vel alicujus earum, & pro depositis, vel recommendationibus factis, vel fiendis alicui Mercatori, personæ, vel campsori, seu penes eos, vel aliquem eorum occasione cambiorum, vel aliorum actuum, qui fieri contigerint, & fient de loco ad locum, vel aliter, & de quacumque lite, causa, quæstione, seu controversia, quæ pro prædictis, vel aliquo prædictorum agatur,

vel

vel agetur, vel oriretur in futurum coram ipsis D. D. Consulibus, vel aliquo eorum possint, & valeant ipsi D. D. Consules præsentes, & futuri, & quilibet eorum in solidum, cum omni velocitate cognoscere, expedire, definire, & terminare prout melius sciverint, & poterunt, omni mora postposita, summarie, & de plano sine strepitu, & figura Judicii, sine scriptis, & sine libelli, vel petitionis datione, & sine litis contestatione, omni Judiciorum, & Juris solemnitate omissa, sola veritate inspecta, aliquo in oppositum non obstante; & quod omnes processus facti, & agitati coram eis, vel aliquo eorum, valeant, & teneant, ac si rigor juris in eis foret solemniter observatus, & quidquid terminatum, decisum, & definitum fuerit per ipsos Dominos Consules, vel per aliquem eorum, valeat, & teneat, & plenum robur habeat, & executioni mandetur per dictos Dominos Consules, quemadmodum haberetur, & executioni manderetur si definita, decisa, & determinata esset per Magnificum D. Potestatem Pergami, vel per ejus Judices, vel Jusdicentes Pergami inter subditos suos, & secundum formam Juris, & Decretorum Serenissimi Duc. Dom. Nost. Venetiarum, & ordinamentorum Communitatis Pergami, quæ transivissent in vigorem rei judicatæ, aliquo in contrarium edito, vel edendo non obstante. Et qui etiam de prædictis omnibus, & singulis, Forensibus tale Jus reddere debeant quale, & quemadmodum in eorum Terris, & Foro redditur Nostratibus. Et quod pro executionibus fiendis occasione prædictorum, vel alicujus eorum per prædictos D. D. Consules, vel aliquem eorum, Magnificus D. Potestas Pergami, qui nunc est, & in futurum erit, teneatur, & debeat cum ejus familia omne auxilium, & favorem præstare ipsis D. D. Consulibus pro prædictis exequendis: Quodque prædicti D. D. Consules, & quilibet eorum in solidum, possint, & valeant Jus reddere de qualibet alia Mercantia, tam superius specificata, & declarata in Statuto, quam non, & tam in parva, vel in modica quantitate, quam non, & quod a Sententiis dictorum D. D. Consulum, vel alicujus eorum, non possit, nec debeat appellari, querelari, nec ipsæ Sententiæ possint nullæ dici, nec aliquo Juris remedio attemptari, sed eis latis, vel decisis, statim postquam ab ipsis D. D. Consulibus, vel aliquo eorum, requisitum fuerit, debeant executioni mandari, aliquibus exceptionibus non obstantibus, infra decem dies proxime venientes, post ipsam requisitionem, & quod lis inchoata coram uno ex dictis Consulibus, possit finiri coram alio, aliquo in oppositum non obstante.

CAP. XVII.

Che s' intendano giorni utili tutti quelli, ne' quali li Consoli verranno alla Banca.

Item statuerunt, & ordinaverunt pro declaratione, & ad declarandum, qui

qui dies utilis intelligatur, ne ſint ſolummodo dies Lunæ, Mercurii, & Veneris cujuslibet hebdomadæ; ſed & illi dies, quibus præfati D. D. Conſules venerint ad Bancum pro Jure reddendo, dummodo dictis diebus non ſit aliquod Feſtum Dei, Sanctorum, vel Sanctarum, de quibus ſpecifice fit mentio in Statutis Communis Pergami, in Capitulo Rubrica de Vacatione Fori; poſſint tamen dictis temporibus, & durantibus Feriis non in honorem Dei, Sanctorum, vel Sanctarum introductis, fieri pignoramenta, interdicta, ſequeſtrationes, introitus, & continuationes, apprehenſiones poſſeſſuum, & detentiones perſonales virtute licentiarum, & parabularum debito loco, & tempore conceſſarum, & de prædictis etiam dictis temporibus procedi poſſit, exequi, & cognoſci, & prout, & ſecundum quos ipſis D. D. Conſulibus melius videbitur, & placuerit.

C A P. X V I I I.

Che nel caſo, che in alcun Giudizio due de' Conſoli foſſero di un parere, e due d' un altro, ſi ricorra ai Savj, e ſi attenda la loro deciſione.

Item ſtatuerunt, & ordinaverunt, quod ſi aliquod dubium, vel aliqua differentia eveniret, ſeu eveniet, vel oriretur, vel oriri contigerit inter Mag. D. D. Conſules Mercatorum de, & pro aliqua lite, cauſa, ſeu quæſtione coram eis, vel aliquo eorum vertente, tam in procedendo, quam in ſententiando, ſeu terminando, vel exequendo, ita quod ſi inter eos eſſet contrarietas, videlicet ſi duo ex eis eſſent unius opinionis, & alii duo alterius opinionis, & ut dicta lis, ſeu quæſtio, ſeu dictæ lites, vel quæſtiones, poſſit, ſeu poſſint debito fine terminari, & ut Juſtitia ſuum locum habeat ſine alio ſcandalo ipſorum D. D. Conſulum, eo caſu ſtatuerunt, quod prædicti D. D. Conſules Mercatorum ſe recurrant ad D. D. Sapientes dictæ Societatis Mercatorum Pergami, & eos conſulant de dictis dubiis, & differentiis, & quidquid conſultum fuerit ſuperinde per ipſos D. D. Conſules, & Sapientes dicti Paratici, vel per majorem partem eorum, quod tunc præfati D. D. Conſules, & quilibet eorum teneantur, & debeant ipſam litem, ſeu ipſas lites, cauſas, quæſtiones, & differentias terminare, diffinire, & decidere per Sententiam diffinitivam, ac eas proſegui juxta Conſilium ipſorum D. D. Conſulum, & Sapientum dicti Paratici, vel majoris partis eorum, aliquo in contrarium non obſtante, ſi vero major pars ipſorum D. D. Conſulum forent concordes, quod eo caſu ipſi D. D. Conſules poſſint, & debeant dictas lites, & quæſtiones expedire, & terminare, & diffinire, ac proſequi ſine alio Conſilio Sapientum prout melius ſciverint, & poterunt omni mora poſtpoſita.

CAP.

CAP. XIX.

Che ogni Lite Mercantile in cinquanta dì utili abbia ad essere spedita, quando le Parti d' accordo non desistano, o non differiscano di procedere in Giudizio.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod Consules dictæ Mercantiæ, & quilibet eorum in solidum teneantur, & debeant sub vinculo Sacramenti terminasse omnes Lites, Causas, Quæstiones, & Controversias coram eis, vel aliquo eorum motas, & vertentes infra quinquaginta dies utiles, intelligendo dies utiles secundum formam alterius proximi Capituli, nisi partes, inter quas dictæ Lites moverentur, ipsis Litibus renuntiaverint, & nisi steterit alio modo per ambas partes, quominus in dictis Litibus, Causis, Quæstionibus, & Controversiis procedatur, & elapsis diebus quinquaginta ut supra, impositum sit ipsis partibus perpetuum silentium ab ipsis, & de ipsis Litibus, Causis, Quæstionibus, & Controvetsiis, & contentis in eis, & connexis, & dependentibus ab eis.

CAP. XX.

Che nessuno possa nelle Materie soggette al Consolato Mercantile ricusare il Giudizio de' Consoli.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod postquam factum fuerit alicui personæ aliquod præceptum per Consules Mercatorum, vel postquam aliquis fecerit aliquam protestationem, confessionem, vel obligationem coram illis D. D. Consulibus Mercatorum Pergami, occasione alicujus Mercantiæ, seu ex aliquibus causis in præcedenti Capitulo expositis, quod incipit, quod ipsi Domini Consules dictæ Societati, & Paratici Mercatorum, & non possit post ea aliquo modo se defendere, quod non sit Mercator, in illa Lite, & Causa, & occasione illius rei, de qua factum fuerit præceptum, seu de qua fecerit protestationem, confessionem, vel obligationem ut supra, & nulla persona, nullusque debitor, vel fidejussor alicujus alterius personæ, ex causis superius descriptis, vel ex pretio aliquarum rerum, vel Mercantiarum emptarum, seu venditarum in Civitate Pergami, vel in Districtu, seu Episcopatu, possit aliqualiter Judicium præfatorum D. D. Consulum recusare, nec se ab eis dividere, neque appellare, nec opponere exceptionem Judicis incompetentis, & quicumque contrafecerit, condemnetur per ipsos D. D. Consules in solidis centum Imperial. quæ pœna applicetur dicto Paratico Mercatorum, & nihilominus summarie cogatur ad ea facienda, quæ debent ex dictis causis, & cujuspiam appellatio non valeat, nec admitta-

tur, & hoc locum habeat in quibuscumque contractibus celebratis, & celebrandis tam in Civitate Pergami, & Districtu, quam ubicumque, & in concessis secundum Jurisdictionem prædictorum D. D. Consulum Mercatorum Pergami.

CAP. XXI.

Che nessun Cimatore, o Sarte possa dare a chicchessia il panno consegnatogli, senza licenza del Mercante, o prima che sia il medesimo pagato, nè gli vaglia a sottrarsi alla Giurisdizione del Consolato Mercantile l' Eccezione di non essere ascritto al Libro de' Mercanti.

Item quod aliquis Sertor, sive Cimator non debeat dare alicui personæ aliquam commendationem, nec aliquam quantitatem Panni, quam habuerit in custodia ab aliquo Mercatore, nisi prius solutum fuerit Mercatori prædicto de dicta commendatione de eo, quod habere debuerit pro prædicto Panno sic designato ipsi Cimatori, & Sertori per dictos Mercatores (vel sine licentia dicti Mercatoris), & si contrafactum fuerit, sive contrafecerint, statim teneatur, & cogatur, seu teneantur, & cogantur ad solvendum dicto Mercatori totum id, quod habere deberet pro ipsa quantitate Panni, & quod de prædictis ipsi Consules, & quilibet eorum, possint reddere rationem dictis Mercatoribus, non obstante quod dicti Sertor, & Cimator non fuerint descripti in Libro Mercatorum Pergami, nec de Paratico Mercatorum, & quod dicti tales Sertor, & Cimator non possint de prædictis commendatione, vel designatione recusare judicium prædictorum D. D. Consulum Mercatorum, nec opponere exceptionem Judicis incompetentis.

CAP. XXII.

Che principiata una Lite ancora con una sola Citazione avanti i Consoli de' Mercanti, in materia alla loro Giurisdizione soggetta, nessun altro Giudice possa ingerirsene.

Item quod postquam aliqua Lis, Quæstio, seu Controversia mota fuerit, vel incepta coram Illustr. D. D. Consulibus Mercatorum, quod intelligatur mota, & incepta etiam si simplex citatio facta fuerit, & etiam si ipsam citationem impositio non præcesserit ex illis Causis, Quæstionibus, & Litibus, de quibus dicti Consules cognoscere possint ut supra, nullus alius Judex possit de eis, vel aliqua earum se intromittere, nec in ea procedere, nec aliquid super ea diffinire, nec possit ab interlocutoriis, vel diffinitivis sententiis ipsorum Consulum aliquo modo ad alium Judicem trahi, nec appellari, nec querelari.

CAP.

CAP. XXIII.

Che un Debitore apparente da qualche carta, o fatto non possa difendersi in Giudizio dalle Instanze del Creditore, se prima non averà depositato la somma del suo debito, o data sicurtà di stare alla Sentenza de' Consoli. E che tali Crediti apparenti da Scritture si prescrivano in dodici anni, salvi li Privilegi de' Minori di vent' anni, e le circostanze di Guerre, e Peste.

Si quis fuerit debitor, vel fidejussor alicujus occasione Mercantiæ Pannorum, Lanarum, Fustanorum, Bombacis, Cozzorum, Speciariæ, Merzadriæ, Guadi, Ferri, Bladi, Valaniæ, Lini, & aliarum Mercantiarum, seu ex aliquibus causis in præcedenti Capitulo oppositis, quod incipit, Domini Consules dictæ Societatis, & Paratici; & de quo debito constet per cartam, vel condemnationem, & Scripturam manu debitoris, factam etiam sine subscriptione, & oppositione testium, vel ejus manu subscriptam, vel alio modo appareat debitor, seu constet de debito, teneantur, & debeant dicti Consules, & quilibet eorum in solidum mandare executioni illam cartam, condemnationem, vel scripturam summarie, sine strepitu, & figura Judicii, & sine aliqua petitione, vel declatatione suæ intentionis in scriptis facienda, & cogere illum Debitorem etiam per captionem personæ, & omnibus remediis Juris ad solutionem faciendam, nisi prius ipse deponat id, de quo videbitur debitor, vel aliter idonee satisdet de parendo Juri, & de solvendo quidquid solvere teneatur, quo deposito, vel qua satisdatione facta, dicti Consules quo summarius fieri potest, sine litigio, rejectis cavillationibus partium; de qua, & super qua causa cognoscant, terminent, & diffiniant, prout justum, & æquum esset, & eis visum fuerit: Et Creditor, & Creditores super ipsa causa, si ab eo, vel ab eis requisitum fuerit per Debitorem, vel Debitores, jurare teneantur, vel referre quantum in veritate debent habere, & solummodo quantitas, de qua juraverit, seu juraverint, recipiatur; & hoc locum habeat, & habet, quod dictus Creditor jurare teneatur quando debitum contractum fuerit in personam ipsius Creditoris. Si vero contractus fuerit in personam alterius, tunc jurare non teneatur, nec referre, sed ipso casu stetur juri communi, & si dictus Creditor prædictum Sacramentum subire noluerit, tunc Sacramentum habeatur pro relato per dictum Creditorem Debitori prædicto, & eo casu stari debeat Sacramento dicti Debitoris de ipso debito; & si dictus Creditor juraverit de majori quantitate, quam habere debeat, vel debuerit, condemnetur per prædictos D. D. Consules in Libris decem Imperialium, & ultra in tanta quantitate, quanta pluri juraverit, quæ pœna deveniat in dictum Paraticum Mercatorum, & locum habeant prædicta tam in contractibus factis, quam faciendis, salvo quod quili-

quilibet qui habet, vel qui de cætero habebit contra aliquam personam, Commune, Collegium, vel Universitatem aliquod scriptum, seu scripturam manu Debitoris factum, vel factam de aliquo debito, debeat illud, quod habere debebit pro ipso scripto, seu scriptura petere, & petiisse infra annos duodecim post Terminum, vel Terminos in ipso scripto contentos, si quis terminus fuerit oppositus in ipso scripto, & si non fuerit oppositus aliquis Terminus a tempore confessionis illius scripti, seu scripturæ, & ea occasione facere, & fecisse citari Debitorem coram Consulibus dictæ Societatis Mercatorum, & producere tale scriptum, seu talem scripturam, & petere executionem ipsius scripti, seu scripturæ. Et si steterit ultra annos duodecim ut supra, quod non petierit, vel non fecerit citari ipsum Debitorem pro ipso debito, quod illud scriptum, seu scriptura sit nullius valoris, & momenti, nec eidem scripto, vel scripturæ, ulla fides adhibeatur post ipsos duodecim annos, & præsumatur ipsum habentem scriptum, vel scripturam ut supra pro ipso scripto, & scriptura, nihil habere debere, nec amplius audiatur, imo tale scriptum solutum fore intelligatur, & hoc locum habeat in creditis factis, & de cætero fiendis, salvo semper quod dicta præscriptio nullatenus currat, nec cucurrisse intelligatur Minoribus viginti annis, & si cœpta esset contra Majores, quibus successissent, vel hæredes fuissent ipsi Minores, tunc durante dicta ætate, totaliter cesset, & dormiat, nec aliquo modo currat, vel currere possit; & salvo etiam quod temporibus, quibus fuerit interdictum in Civitate Pergami, propter guerras, vel mortalitates, similiter dicta præscriptio totaliter cesset, & dormiat in quibuscumque personis tam Majoribus, quam Minoribus; & quod non admittatur appellatio, vel querela per D. Potestatem Pergami, vel aliquem ejus Officialem in Civitate Pergami adversus aliquem Processum, qui fiat, vel agitetur per prædictos D. D. Consules contra aliquem Debitorem, vel scriptum pro Debitore secundum formam præsentis Statuti; & quod captiones ipsorum Debitorum possint fieri non obstante quod captiones in generali per Commune Pergami, forent suspensæ, & interdictæ, nisi specialiter hoc statuerint. Nec etiam aliqua dilatio detur ad opponendum exceptiones, nec copiam Instrumenti, sive cartæ, sive scripti, vel probandi solutiones, nec concludendi, vel impediendi aliqualiter directe, vel per indirectam intentionem Creditoris, nisi prius facto sufficienti deposito ut supra, nec possit opponere fidejussor aliquo modo, vel jure primo principalem esse conveniendum, quam fidejussorem, sed sit in arbitrio Creditoris conveniendi primo quem voluerit, & aliqua exceptio, vel oppositio in contrarium facta per fidejussorem nullatenus admittatur.

CAP.

CAP. XXIV.

Che un Creditore di crediti Mercantili possa procedere contra la Sicurtà ancora prima d'aver fatto alcun passo contro il Debitor principale.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quilibet fidejussor alicujus personæ, occasione alicujus Mercantiæ, vel rei, de qua cognitionem habeant supradicti Consules Mercatorum Pergami, possit & personaliter conveniri pro illo debito, de quo extiterit fidejussor, ut supra, & ad solutionem dicti debiti compelli, etiam non obstante quod excussio aliqua facta non fuisset contra principalem Debitorem, ejusque bona, quemadmodum posset principalis, aliquo non obstante.

CAP. XXV.

Che il Debitore soccombente in Giudizio sia tenuto pagare al Creditore ancora le spese della Lite.

Item quod si Debitor per cartam, vel condemnationem, vel scripturam ejus manu factam, vel subscriptam, negaverit debitum coram dictis Consulibus, & terminum petierit, & receperit, vel ei modo aliquo statutus fuerit terminus ad probandum debitum non exstare, vel solutum fore, & repertum fuerit esse debitorem de eo, quod per actorem petitur per illam Cartam, Condemnationem, vel Scripturam, omnes expensas, quæ prædicta occasione passæ, vel factæ fuerint per actorem, summarie restituere compellatur, & detur dilatio arbitrio D. D. Consulum, secundum rei qualitatem, ad probandum quidquid voluerit contra ipsam Condemnationem, seu Cartam, vel Scripturam, vel contra actorem. Et eo casu ipso deficiente in probatione, fiat postea statim executio secundum formam præcedentis Capituli, quod incipit: Si quis fuerit debitor &c. Et hoc Statutum habeat locum in contractibus, & scripturis factis, & in futurum fiendis, & per hoc Statutum non fiat præjuditium præcedenti Statuto, nec ei aliqualiter derogetur, sed in sua firmitate persistat.

CAP. XXVI.

Che se alcuno con evidente ingiustizia domanderà più, che non se gli deve, potrà essere da' Consoli condannato, oltre il risarcimento delle spese, a quanto più avesse domandato, che non conveniva.

Item quod si quis in Juditio coram prædictis D. D. Consulibus, vel aliquo eorum, petat ab aliquo, vigore alicujus obligationis, seu scripturæ manu pro-

propria Debitoris in sui personam factæ, seu alicui personæ ejus Mandato recipienti aliquid, ultra id, quod habere debet, & de quo appareat, & probetur per publicum Instrumentum, vel per testes fide dignos, vel aliam legitimam probationem, solutionem, vel liberationem fuisse, & esse factam, vel aliam alienationem, vel cessionem esse factam, teneatur ipse sic petens, & astrictus, & obligatus sit auctoritate præsentis Statuti, & condemnetur. Et condemnari debeat ei, a quo sic petierit ad tantumdem, vel in tantumdem, quantum petierit ultra id, quod habere debuerit de jure, & intelligatur ipsum petiisse, quo ad hoc ut incidat in pœnam, quando protestatus fuerit in Judicio ad instantiam illius, a quo petierit, se velle uti Instrumento obligationis, vel scripturæ productæ per eum, & se velle persistere in ipsa petitione, quando vigore alicujus Instrumenti, vel Scripturæ, vel se velle in petitione, quam fecerit, persistere, quando non petierit vigore alicujus Instrumenti, vel Scripturæ manu Debitoris; quam protestationem facere teneatur ille, qui sic petet, seu ille, qui se asseruerit se fore creditorem; & si sic petens protestationem ipsam facere recusaverit, vel omiserit per se, vel per sufficientem ejus Procuratorem, qui habeat Mandatum ad protestandum, vel generale Mandatum cum libera administratione infra Terminum, per præfatos Dominos Consules, vel aliquem eorum statuendum; tunc Domini Consules, vel major pars eorum, coram quibus ventilabitur dicta quæstio, teneantur, & debeant absolvere illum, qui in Judicio per petentem conventus fuerit, & ipsum petentem, ei, a quo petierit, in expensis, per ipsum reum legitime in dicta Causa factis, condemnare, & protestatione prædicta facta, ille, qui protestatus fuerit, non possit amplius desistere, sed ipse petens, & protestans, ipsi reo, & convento, solutionem esse factam ut supra, probanti, condemnetur ad tantumdem, quantum petierit ultra id, quod habere debeat de jure, & minus arbitrio Dominorum Consulum, & prout eis melius videbitur, & placuerit, & item in expensis per ipsum in Causa legitime factis.

CAP. XXVII.

Che se il Credito sarà ereditato, potrà l' attor essere da' Consoli obbligato a dare al reo solo un terzo di quanto avesse con evidente ingiustizia domandato, oltre il risarcimento delle spese fatte nella Lite.

Item quod quilibet persona, quæ in Judicio coram præfatis D. D. Consulibus Mercatorum Pergami petet aliquam quantitatem pecuniæ, vel aliquid aliud, de qua, vel quo præfati D. D. Consules cognitionem habent, & de quibus cognoscere possunt, quod, & quam asserat fuisse debitum Patri, vel Avo, vel alicui, in cujus locum universaliter, vel singulariter succedat mediate, vel immediate, & de qua quantitate in totum, vel pro parte appareat

pareat per publicum Instrumentum solutionem, vel liberationem esse factam dicto Patri, vel Avo, vel aliis, in cujus locum succedat, quod alia persona, quæ sic petierit ipsam pecuniam auctoritate præsentis Capituli, astricta sit, & obligata dare, & solvere, & condemnetur illi, a quo petierit ipsam pecuniam, tertium illius quantitatis pecuniæ, quam & ipse petierit, & intelligatur ipsum petiisse, quando protestatus fuerit in Judicio ad instantiam illius, a quo petierit se velle uti Instrumento obligationis producto per eum, & se velle in ipsa petitione persistere; quam protestationem tunc demum facere teneatur ille, qui petet, seu ille, qui asseruit se creditorem esse, si terminus protestandi assignatus fuerit, & notificatus fuerit eidem petenti, & agenti, aliter non teneatur protestari. Qua protestatione facta, postea desistendo ab ipsa protestatione, & petitione, a dicta pœna, seu obligatione nullatenus liberetur; & si ipsam protestationem facere recusaverit, vel omiserit, prout in suprascripto proximo Capitulo continetur, quod præfati D. D. Consules, coram quibus ventilabitur ipsa quæstio, teneantur, & debeant absolvere, & liberare illum, qui conventus fuerit in Judicio pro ipsa obligatione, salvo quod ipsum Capitulum non vindicet sibi locum in personam minorum, etiam ipsis factis majoribus in obligatione, de qua facta fuerit confessio per Instrumentum, per Tutorem, vel Curatorem &c. sed eo casu teneantur, & obligati sint ad pœnam prædictam dicti Tutores, vel Curatores, qui fecissent confessionem prædictæ solutionis eorum, & eorum res, & bona, nisi apparuerit ipsi, majores certificatos de confessione dictæ solutionis factæ per Tutores, & Curatores. Et eandem pœnam cessionario applicandam patiatur ille, qui cesserit jura, & actiones in aliquem, in illa quantitate pecuniæ, vel rei, de qua appareat solutionem, vel aliam liberationem fuisse factam ante ipsam cessionem. Et quod illi Creditores, qui utentur obligationibus factis in manibus dictorum Avi, vel Patris, vel alterius, in cujus locum successerint universaliter, vel singulariter, teneantur, & debeant producere Memoriale dicti Avi, vel Patris, vel alterius, in cujus locum successerint, ut supra, in cujus manibus facta foret dicta obligatio, de qua verteretur quæstio, si legitime, vel saltem per duos Testes probatum fuerit, ipsum Patrem, vel Avum, vel eum, qui utetur ipsa obligatione, habuisse ipsum Memoriale, salvo quod si ille, in cujus manibus pervenerit ipsum Memoriale, probaverit domum suam combustam, vel deruptam, vel derubatam ab eo tempore, quod dictum Memoriale pervenerit ad manus ejus, quod non teneatur ad exhibitionem dicti Memorialis, & si ille, qui tenetur exhibere dictum Memoriale, non exhiberet, non audiatur in Judicio, nec sibi reddatur Jus de dicta obligatione. Possit etiam in quolibet casuum prædictorum peti per petentem exhiberi Memoriale, deferre Sacramentum illi, in cujus manibus dicatur Memoriale pervenisse, an ipsum Memoriale habeat, vel non habeat, vel dolo desierit habere, vel non, & si recusaverit jurare, habeatur pro confesso, quod habeat ipsum Me-

D

Memoriale. Possint etiam prædicti D. D. Consules, & valeant pœnam prædictam, de qua supra in præsenti Capitulo minuere, & de ea disponere arbitrio prædictorum Consulum, & prout eis, vel majori parti eorum melius videbitur, & placuerit.

CAP. XXVIII.

Che se alcuno non avesse attual Abitazione, o Famiglia nella Città, Borghi, Distretto, o Diocesi di Bergamo, possa per debito Mercantile esser citato alla Casa della solita Abitazione, e dal Regio Nuovo.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quælibet persona, non habens, nec tenens domum habitationis, nec familiam in Civitate, Burghis, vel Districtu Pergami, vel Episcopatu, possit citati, & requiri ad domum solitam habitationis, & super Regio Novo Communis Pergami, pro aliquibus pecuniæ quantitatibus, ex causa Mercantiarum contentarum, & specificatarum in suprascripto Statuto, quod incipit: Quod D. D. Consules dictæ Societatis Paratici Mercatorum Pergami; & quod tales citationes ita valeant, & teneant, & habeant robur, & firmæ sint, ac si tales personæ forent citatæ personaliter, vel ad domum habitationis, & familiæ eorum, aliquo in contrarium non obstante.

CAP. XXIX.

Che debbano i Consoli costringere realmente, e personalmente in ogni dì, fuorchè ne' Festivi, qualunque Debitor Mercantile, che non fosse pronto a depositare la somma dovuta, o a dare idonea Sicurtà di pagare.

Si quis Mercator, vel alia persona Civitatis, vel Districtus Pergami, vel aliunde, tam forensis, quam non, sive sit sui juris, sive sit filiusfamilias, per confessionem obligatus sit, vel de cætero fuerit debitor principaliter, vel secundario, vel pro aliquo alio modo pro aliqua ex occasionibus in præcedentibus Capitulis determinatis, teneantur dicti Consules quolibet die etiam feriato, non obstantibus aliquibus Statutis, Reformationibus, vel Provisionibus, vel Consiliis in contrarium factis, vel faciendis, illum Debitorem ut supra compellere realiter, & personaliter, donec solverit Creditori, vel deposuerit id, de quo Debitor videbitur, vel saltem satisdederit idonee de solvendo, exceptis tamen solemnibus Feriis introductis in honorem Dei, vel Sanctorum, & prædicta locum habeant in debitis contrahendis, & etiam contractis, & contra eum, vel eos procedatur, & procedi possit secundum formam Statuti proximi præcedentis, incipientis: Si quis Debitor, vel Fidejussor &c. ut supra.

CAP.

CAP. XXX.

Che questi Statuti abbiano ad essere osservati, come se fatti fossero dal Comune medesimo; ed i Rettori, e Giudici della Città, ed i Consoli de' Mercanti siano tenuti osservarli, e farli osservare sotto pena di L. 100. Imper. a qualsivoglia contraffattore, e qualunque volta, da esser applicate alla Camera Ducale. E non ostante sia nullo ogni atto contrario.

Magnifici Poteſtatés, & Rectores Pergami præſentes, & futuri, eorumque Judices, aliique Juſdicentes in Civitate Pergami reſidentes, necnon præfati Domini Conſules, qui præcedere debent, & debebunt regimini dictæ Societatis Mercatorum Pergami, teneantur, & debeant executioni mandare omnia, & ſingula Statuta, & ordinamenta dictæ Societatis, ac Communitatis, & quilibet poſſit eis, & cuilibet eorum denuntiare libere, & impune omnia Statuta, & ordinamenta, & quodlibet ipſorum, quæ obſervent, & executioni mandent ut ſupra, ſub pœna Librarum centum Imperialium cuilibet contrafacienti, qualibet vice auferenda, & applicanda Ducali Cameræ; & ſi quid actum fuerit in contrarium, non valeat, nec teneat ipſo jure, & dicta præſentia Statuta, habeant, & teneant eamdem vim, robur, & firmitatem, quam haberent ac ſi facta forent per Conſilium Generale Communis Pergami, & prædicta locum habeant Lege aliqua, vel Statuto nequaquam obſtante.

CAP. XXXI.

Che nè li Rettori, nè qualsisia Giudice di questa Città, possano conceder salvocondotto, o fida ad alcun Debitor Mercantile senza il consentimento di tre quarti de' suoi Creditori.

Item ſtatuerunt, & ordinaverunt, quod dicti Magnifici Rectores Pergami, nec aliqui alii Juſdicentes in Civitate Pergami, nec aliquis eorum præſentes, & futuri, non poſſint, nec debeant concedere alicui perſonæ cujuſvis conditionis exiſtat, quæ ſit debitrix alicujus Creditoris Mercatoris, aliquem ſalvum conductum, licentiam, mandatum, ſeu affidam in præjuditium alicujus ipſorum Mercatorum, Creditorum, vel alicujus eorum; imo ipſis conceſſionibus, licentiis, mandatis, ſeu affidis non obſtantibus, dicti Mercatores Creditores conſequi poſſint eorum Credita ſecundum Statuta Mercatantiæ; & ſi quid actum fuerit contra ipſos Mercatores, non valeat, nec teneat ipſo jure; ſalvo niſi tres partes de, & ex quatuor partibus hujuſmodi Creditorum conſenſerint dictis ſalvis conductibus, licentiis, mandatis, ſeu fidantiis.

CAP. XXXII.

Che qualsivoglia Figlio di Famiglia Maggiore di diciotto anni, possa negoziare pubblicamente, ed i di lui contratti obblighino ancora il Padre, quand' egli non protesti dissenso avanti i Consoli de' Mercanti.

Item quod publicus Mercator major decem octo annis sit habilis ad agendum, & defendendum inter Mercatores, exceptione juris paternæ potestatis, aliqua non obstante, vel aliquibus aliis in contrarium allegatis, sive quæ allegari possent, & quilibet Filiusfamilias Mercator, & major ut supra, possit se obligare ex causis Mercantilibus, & Pater, & alii de sua Familia teneantur, & sint obligati ad debita, & pro debitis, quæ faciet dictus Filiusfamilias, occasione tamen Mercatantiæ. Salvo quod si dictus Pater comparuerit coram dictis D. D. Consulibus, & fuerit protestatus, & in actis Officii eorum describi fecerit, quod dictus ejus Filius non exercet dictam Mercantiam de ejus voluntate, & quod non vult teneri ad debita, quæ faciet dictus ejus Filius, tunc, & eo casu dictus Pater, & alii de ejus Familia ad talia debita minime teneatur.

CAP. XXXIII.

Che ogni Figlio di Famiglia maggiore di diciotto anni possa ancora senza il consentimento del Padre venire avanti i Consoli, e piatire non meno in qualità di attore, che di reo.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quilibet Filiusfamilias major decem octo annis, ut supra, possit interesse in Judicio occasione Mercantiæ, tam agendo, quam defendendo, non obstante quod Pater ejus non sibi præstiterit consensum in Judicio, & tale Judicium valeat, & teneat, & roboris obtineat firmitatem, ac si Pater ejus præstiterit consensum.

CAP.

CAP. XXXIV.

Che tutti, e ciascheduno dei Consoli possa terminare sommariamente ogni controversia d'Interdetto, Sequestro, Pegno, e Detenzion personale qualunque dì, fuorchè ne' Festivi, quando non fosse per qualche pressante motivo. Se tali atti saranno praticati più di dieci miglia lontano dalla Città, ne sia fatta la Relazione fra cinque giorni, se più da vicino fra tre. Se quello, a cui saranno stati fatti, non comparirà fra tre giorni a difendersi, potrà esser tolto dal Creditore Mandato di lievo di Pegno, con darne notizia al Debitore, e dopo licenza di vendere, citato similmente il Debitore; il quale avrà tre giorni dopo venduta la cosa sua a ricuperarla, restituito al Compratore il Prezzo, e di più un mezzo soldo per lira. Se però l'attore fatto Pegno, o Sequestro non proseguisse la sua Instanza dentro sei Mesi, sia al Debitore rilasciato liberamente il suo pegno, salve al Creditore le sue ragioni.

Item quod præfati Domini Consules Mercatorum Pergami præsentes, & futuri, & quilibet eorum in solidum possint, & debeant cognoscere, & diffinire de omnibus Interdictis, Sequestrationibus, Pignoramentis, & Detentionibus personalibus summarie, & extra ordinem, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, diebus feriatis, & non feriatis, exceptis Feriis introductis in honorem Dei, & Sanctorum, & quolibet die etiam feriato, possint fieri interdicta Sequestrationes, & Pignorationes, ac Detentiones personales, exceptis Festivitatibus introductis in honorem Dei, & Sanctorum, secundum formam præsentium Statutorum, quibus diebus non possint prædicta fieri, nec etiam aliquis personaliter capi, nisi fuerit persona fugitiva, vel suspecta, vel alia necessitas urgeat; & quod ille, ad cujus postulationem facta fuerunt interdicta Pignoramenta, & Sequestrationes, ultra decem miliaria, teneatur infra quintam diem, & si factum fuerit prope Civitatem ad decem miliaria, vel in ipsa Civitate, vel Suburbiis, infra tres dies describi facere res ad ejus postulationem inter dictas sequestratas, & pignoratas, in actis publicis, & personam, & personas, penes quam, vel quas sint Pignoramenta, Interdicta, & Sequestrationes, & aliter factum non valeat, nec teneat; & quod Consules Viciniarum, & Communium, & qualibet alia persona idonea dicens, & vocans, ac contentans penes se habere, habeatur, ac si pignus factum fuisset, & traditum per Servitorem, de quo stetur relationi Servitoris, sicut fieret de pignore tradito ipsi Servitori, nisi contrarium probetur, & quod ille, qui dixerit, & vocaverit habere pignus penes se, teneatur tale pignus restituere, & tradere Creditori ad instantiam cujus factum fuerit ipsum pignus, prout habuerit in Mandatis a præfatis D. D. Consulibus Mercatorum, qui ipsum Mandatum concesserint;

rint; & hoc sub pœna Librarum decem Imper. pro qualibet vice arbitrio dicti Creditoris, cujus medietas sit Creditoris, & alia medietas dicti Paratici Mercatorum: possint tamen ipsi D. D. Consules minuere ipsam pœnam arbitrio præfatorum D. D. Consulum: & de qua ommissione, & recusatione restitutionis pignoris prædicti credatur relationi dicti Servitoris, qui portaverit Mandatum relevandi, & de quibus omnibus cognoscatur, & exequatur omni solemnitate Juris ommissa per præfatos D. D. Consules; & quod omne interdictum, seu pignoramentum, & sequestratio factum, & facta ad postulationem alicujus, sit cassum, nisi ille, ad cujus postulationem facta fuerint, prosecutus fuerit illa usque ad sex menses, computandos a die Interdicti, seu Pignoramenti, vel Sequestri, & restituatur illi, in cujus præjuditium factum fuerit Interdictum, Pignoramentum, seu Sequestrum factum, & facta ad postulationem alicujus, salvo jure Creditori in Credito suo. Et quod si ille, de cujus bonis factum fuerit pignus, non comparuerit infra tres dies proximi venientes post diem pignoramenti, quod tunc, & eo casu præfati D. D. Consules Mercatorum, quorum auctoritate factum fuerit ipsum pignus, teneantur facere, & concedere Creditori Mandatum relevandi ipsum pignus, & postquam ad ejus manus pervenerit, teneantur etiam præfati D. D. Consules Mercatorum postea concedere parabulam, & licentiam ipsi Creditori, vel cuique Servitori ad instantiam ipsius Creditoris, vendendi, & incantandi ipsum pignus, seu pignoramentum, & pretium in se retinendi, & in ejus creditum convertendi, usque ad concurrentem quantitatem crediti sui, & expensarum, prius citato ipso, in cujus præjuditium factum fuerit ipsum pignus, seu pignoramentum, quod compareat si vult contradicere; ac ipsa parabula concedatur vendendi, & incantandi ipsum pignus. Et citetur etiam ipse Debitor ad videndum incantari, & vendi ipsum pignus, cum designatione loci, in quo fieri debeat ipse incantus, & venditio. Et quod continuationes, & introitus, ac apprehensiones possessionum quarumcumque Petiarum Terræ fieri possint quibuslibet diebus etiam feriatis, non introductis in honorem Dei, vel Sanctorum, secundum formam Statutorum Communis Pergami; qui Debitor, seu qui Debitores, possit, & valeat, vel possint, & valeant emere, & rehabere ab illo, qui incantavit ipsum pignus, infra tres dies proxime futuros post diem Incantus, pro illo pretio, pro quo ipse Incantator incantaverit, seu incantavisset, & emisset, & sibi deliberatum fuisset ipsum pignus tempore ipsius Incantus, omni exceptione remota: Et ultra Debitor solvere teneatur ipsi, a quo reemerit pro suo interesse ad computum denarios sex Imperial. pro qualibet Libra, & ad aliud dandum non teneatur ipse Debitor ipsi primo emptori.

CAP.

CAP. XXXV.

De' Fuggitivi.

Cum accidat quod aliqui malo ſpiritu nutriti negotiationibus, & rebus ad credentiam acceptis in magnis quantitatibus (prout pluries evenire, & accidere poteſt) fraudoloſe ſe abſentant, & fugam faciunt, & res ſuas immobiles ſi quas habent dimittunt, impeditas per aliquos falſos, ſeu nefarios contractus, factos in fraudem Creditorum, ad obviandum malitiis, & fraudibus talium fugitivorum, & illorum, qui ſimilia vellent perpetrare, ſtatuitur per Conſules dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami, contra fugitivos, & eorum filios, & familiares, & defenſores, & fautores, & factores, in favorem Creditorum ſuorum debeant, & teneantur ſummarie obſervare, & obſervari facere, & executioni mandare in omnibus prout infra.

CAP. XXXVI.

Che chi averà date Mercanzie a credenza, potrà quelle ritogliere dal Debitor fallito, a preferenza del Creditore anziano. E di ciò gli doverà eſſer fatta ragione da' Conſoli ſommariamente.

Item cum ſæpe contingat aliquos Mercatores malæ conditionis, vel etiam pauperes eſſe, vel apparere Debitores, ſive vere, ſive ficte alicujus perſonæ, ſeu aliquarum perſonarum; & quod aliqui alii Mercatores dant in credentiam hujuſmodi Mercatoribus malæ conditionis, vel pauperibus de ſuis mercimoniis, vel rebus, credentes eos eſſe idoneos ad ſolvendum, & qui revera non reperiuntur idonei ad ſolvendum eorum Creditoribus, vel qui apparent creditores, ſed ficti, ſtatutum, & ordinatum eſt, quod quilibet Creditor talium Mercatorum malæ conditionis, vel pauperum, pro aliquibus mercimoniis, vel rebus eis datis in credentiam, præferatur, & præferri debeat cæteris Creditoribus etiam tempore prioribus, in mercimoniis, & rebus per eos ſic datis in credentiam ut ſupra, quæ extarent uſque ad illam quantitatem, quam habere deberent pro ipſis mercimoniis, & rebus extantibus ut ſupra, & non pro aliquibus ſuis creditis; & quod de prædictis, & ſuper prædictis, in præſenti Capitulo contentis, cognoſcatur, & diffiniatur, & executio fiat per ſupradictos D. D. Conſules dictæ Societatis Mercatorum Pergami, ſummarie, ſimpliciter, & de plano in ſcriptis, & ſine ſcriptis, & ſola veritate inſpecta, & cum aliquibus indiciis, quæ juſte moveant dictos Conſules Mercatorum, aliquo in contrarium non obſtante.

CAP.

CAP. XXXVII.

Che se un Mercante fuggirà, cioè se citato avanti i Consoli non comparirà, o comparendo non darà sicurtà di pagare, li di lui Creditori di Negozio, facendone instanza ai Consoli, abbiano ad esser messi in possesso sommariamente, e ancora senza bando, e solennità alcuna di tutti i Beni del fuggitivo, e di quelli, ch' erano di sua ragione ne' sei Mesi avanti il fallimento; e in quello essere preservati a fronte di qualsivoglia collusorio contratto, finchè venendo il Debitore, dia Sicurtà di soddisfarli.

Item quod si aliquis Debitor, ex aliqua causa, ex prædictis causis in prædicto Capitulo, quod incipit: Consules dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami, comprehensis, fugam fecerit, & se absentaverit, statim postquam de fuga, seu absentatione ipsius constiterit, & constare intelligatur, si non comparuerit coram dictis Consulibus, ex quo citatus fuerit, vel si comparuerit, & non satisdederit de solvendo id, quod solvere debebit de jure, de, & pro quo citatus fuerit, si ab eo fuerit requisitum, dicti Consules Mercatorum, teneantur, & debeant Creditores dicti fugitivi, & quemlibet eorum petentem, & volentem, & de credito suo fidem ostendentem, vel facientem summarie ponere in possessionem, & tenutam omnium bonorum, & rerum dicti fugitivi, quæ per eum, seu ejus nomine, vel per aliquem, seu aliquam de sua familia, vel nomine suo, quicumque sit de familia sive serviens, sive domicellus, sive aliqua quæcumque persona, tenebantur, & possidebantur tempore fugæ, seu absentationis ipsius, vel per sex Menses ante, nomine ipsius fugitivi, etiam sine banno, vel alia solemnitate, exceptis bonis uxoris ipsius fugitivi, & familiarium suorum, & in ea tenuta, & possessione eos manutenere, & defendere. Et quod possint dicti Consules summarie, sine libelli datione, & sine strepitu, & figura Judicii cognoscere, & procedere contra quemlibet, qui dixerit ex aliquo simulato contractu velle defendere dicta bona in præjuditium, & damnum dictorum Creditorum, & diffinire summarie, & sine strepitu, & figura Judicii omnes quæstiones, quæ dicta occasione moverentur, donec venerit talis Debitor, & satisdederit de solvendo ut supra, & prædicta habeant locum, tam in contractibus jam celebratis, quam celebrandis cum illis, qui fugerint, & in casibus tam præteritis, quam præsentibus, & futuris, & hoc aliqua lege non obstante, salvo semper jure Creditorum potiora Jura habentium, & salvo quod hoc Statutum habeat locum, solum quando Creditores sunt Mercatores.

CAP.

CAP. XXXVIII.

Che li Consoli siano obbligati accordare la loro protezione a' Mercanti forastieri, i quali fossero in questo Distretto ingiustamente rappresagliati.

Si quis Mercator habitans extra Jurisdictionem Pergami fuerit derobatus in Districtu Pergami, quod Consules dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum teneantur, dum eisdem denuntiatum fuerit, adjuvare ipsum, qui derobatus fuerit, toto eorum posse ad recuperandum omne illud, quod sibi fuerit derobatum, excepto si illæ res forent acceptæ, seu derubatæ cum parabula, seu auctoritate Communis Pergami, vel alio modo de jure.

CAP. XXXIX.

Che una licenza in Contumacia, la quale non abbia avuta esecuzione dentro un anno, perda il suo vigore, se non è confermata. Che lo stesso sia d' una Sentenza Contumace, se in cinque anni non s' e cominciato ad eseguirla.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod nulla licentia data, & concessa per contumaciam, possit uti aliquis elapso anno; & quod intelligatur elapsus annus a tempore citationis factæ, primo loco computandus, nisi prius confirmata fuerit per Consules Mercatorum, qui Consules teneantur ipsam confirmare, citato prius contumaci personaliter, vel ad domum solitæ habitationis, si habitationem haberet in Civitate, Burghis, vel Districtu Pergami, & eo non comparente. Si vero compareret, fiat jus secundum formam Statutorum, & ordinamentorum suprascriptæ Societatis Mercatorum, vel aliquem eorum. Nec uti possit aliquis, ad cujus instantiam lata, & data fuerit ipsa Sententia, seu Condemnatio. Elapsis quinque annis a die latæ dictæ Sententiæ, & Condemnationis, nisi prius confirmata fuerit ut supra, & citato Debitore ut supra, & hæc non habeant locum de aliqua licentia, condemnatione, vel sententia, de quibus facta est executio, vel pignoramentum, vel introitus, vel apprehensio possessionis.

CAP. XL.

Che il Podestà debba accordare la sua protezione contro le Comunità, e loro Consoli, che negassero di ricevere, o restituire i Pegni, o accettare Sequestri fatti per ordine dei Consoli de' Mercanti, e far eseguire le Sentenze penali, fossero fatte contro dette Comunità, e loro Consoli inobbedienti.

Item quod Dominus Potestas Pergami teneatur, & debeat dare auxilium equestre, & pedestre Creditoribus contra Communia, & Vicinias, qui non recipiunt, vel non consignent Sequestrationes, & Pignora, & Interdicta facta, & quæ fieri volent in eorum manibus de bonis eorum, vel vicinorum, & quorumcumque aliorum stantium, & habitantium in ipso Communi, vel Vicinia, dum tamen ipsa pignora, & interdicta ipsis actualiter tradantur, & consignentur, vel consignari velint cum effectu de rebus, quæ commode possent exportari, vel tradi, quod eo casu dicta Communia teneantur recipere, & pro receptis habere tales Sequestrationes, Pignora, vel Interdicta, quæ fieri vellent in eorum manibus de ipsis bonis, & rebus, quæ, & quas Debitor haberet in domo habitationis, quæ exportari commode non possent de ipsa domo, & hoc ad Instantiam Creditorum; & quod Communia, & Viciniæ, quæ contrafecerint, sive quorum Consules non recipient, vel consignabunt Sequestrationes, Interdicta, & Pignoramenta, quæ fieri voluerint in eorum manibus per eos, qui habebunt parabulam pignorandi, & interdicendi, vel per eos, ad quorum Instantiam facta fuerit condemnatio, per prædictos D. D. Consules Mercatorum, ad Instantiam Creditoris, citatis Consulibus Communium, seu Viciniarum, quod se defendant, & veniant ad se defendendum pro prædictis, & puniantur, seu condemnentur Consules, vel Consul, qui non recipient interdicta, vel pignoramenta, vel qui ea recusarent consignare ut supra, in Libris decem Imper. pro qualibet vice, si debitum non ascenderet ultra Libras centum Imper. & si debitum ascenderet ultra Libras centum Imper. puniantur, & condemnentur ipsi Consules, seu ipse Consul in Libris viginti Imper. applicanda pro medietate Creditori, & pro alia medietate dicto Paratico Mercatorum, & in Libris viginti quinque Imper. Commune, & Vicinia, pro qualibet vice, qua contrafecerit, condemnetur, si debitum non ascenderit ultra Libras centum Imperial. & si debitum ascenderet ultra Libras centum Imper. puniatur, & condemnetur ipsum Commune, seu ipsa Vicinia in Libris quinquaginta Imper. applicanda Creditoribus, & in eorum Creditum computanda pro ratha Crediti, & residuum sit Paratici Mercatorum, & nihilominus ipse Consul, seu ipsi Consules Communium, seu Viciniarum, teneantur restituere ipsum pignus, & tradere ipsi Creditori, ad cujus Instantiam factum fuerit ipsum pignus, prout habuerit in mandatis a præfatis D. D. Consulibus

Mer-

Mercatorum Pergami, qui ipsum mandatum concesserint, & hoc sub pœna Librarum decem Imper. pro qualibet vice, & Instantia dicti Creditoris, cujus pœnæ medietas sit Creditoris, & alia medietas sit dicti Paratici Mercatorum Pergami; & quod Consul, seu Consules, in cujus, vel quorum manibus fieri vellent pignoramenta, & interdicta de rebus, quæ commode exportari non possunt de domo tempore pignoramenti, vel interdicti, possint, & valeant sua auctoritate claudere ostia domorum, in quibus essent ipsæ res, & ipsas res custodiri facere expensis ipsarum rerum.

C A P. X L I.

Che uno, il quale sia provato usurajo con due Testimonj in fatto proprio, non sia considerato Mercante, benchè fosse descritto nel Libro de' Mercanti.

Si quis receptus in Mercatorem, & approbatus pro vero, & legitimo Mercatore, & descriptus secundum formam præsentium Statutorum, & ordinamentorum, & postmodum probatum fuerit saltem per duos Testes idoneos, quod ille, vel illius agens pro eo usuras receperit, vel quod ipsi duo Testes ei usuram dederint, quod tunc a tempore receptionis usurarum, in antea, ipse talis non habeatur aliqualiter pro Mercatore, secundum formam præsentium Statutorum.

C A P. X L I I.

Che ad instanza di ciascheduna delle Parti debbano i Consoli de' Mercanti far presentare in Giudizio i Libri Mercantili della parte avversaria; e se lo crederanno necessario per conoscere la verità, possano farli presentare, ed esaminarli, benchè le Parti non li domandassero.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod Consules dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum possint, & debeant, si ab eis, vel ab aliquo eorum requisitum fuerit per actorem, vel per reum, compellere, exhibere coram eis Libros rationum adversæ partis: & si aliqua partium petierit Libros adversæ partis exhiberi, quod stare debeat, & stetur Scripturæ illius Libri factæ tam pro se, quam contra se, & illi Scripturæ in omnibus, & per omnia credatur, & plena fides adhibeatur, & omnia credantur solemniter acta, & firma sint ipso jure, exceptione aliqua juris, vel facti non obstante, quæ dici, vel excogitari posset modo aliquo, vel ingenio, salvo jure probandi contrarium, & si dixerit se non habere Librum, possit, & debeat deferri Sacramentum, quod non habeat Librum, nec habere potest per se, nec per alium, nec desiit habere; & quod habeat locum tam in causis, & casibus præteritis, quam pendentibus, & futuris. Et si quis negaverit habere Librum,

& deinde reperiatur ipsum habere, condemnetur per ipsos Consules in Libris vigintiquinque Imper. quæ pœna deveniat in suprascriptum Paraticum Mercatorum, & nihilominus si prædicti Creditores, vel Debitores non vellent stare supradictis Libris, eo casu dicti D. D. Consules habeant bailiam faciendi coram eis præsentari tales Libros, vel Scripturas, si eis videbitur, & non dimittere respicere super ipsis Libris, vel Scripturis, nisi dictos Consules, ad hoc ut possint cognoscere melius veritatem, & quod tales Mercatores, qui haberent Libros, vel Scripturas, & statim non præsentaverint ad voluntatem suprascriptorum Consulum, cadant in pœnam ad voluntatem dictorum Consulum limitandam, & applicandam dicto Paratico Mercatorum Pergami.

C A P. X L I I I.

Che a' Libri de' Mercanti si creda fino alle cinque Lire col solo loro giuramento; fino alle venticinque, se saranno Mercanti approvati dai Consoli, e dal Consiglio Mercantile; fino alle cinquanta col giuramento, e con un Testimonio; sopra le cinquanta Lire poi si attendano le Leggi. La stessa fede si presti ai Libri de' Mercanti morti, che a quelli dei vivi. E tutto ciò si osservi, se così crederanno bene i Consoli.

Item statutum, & ordinatum est, quod per præfatos Dominos Consules Mercatorum Pergami detur, & adhibeatur fides Libro, seu Libris cujuslibet Mercatoris Pergami, super Libro Mercatorum Pergami, qui sint bonæ famæ, & conditionis usque ad summam Librarum quinque Imper. & abinde infra cum Sacramento tantum Mercatoris prædicti; & usque ad summam Librarum vigintiquinque Imper. cum Sacramento, & uno Teste fide digno; & si fuerit Mercator authenticus, credatur, & plena fides adhibeatur Libro, seu Libris ipsius talis Mercatoris, usque ad summam Librarum quinquaginta Imper. cum uno Teste, & cum Sacramento ipsius; & abinde supra, stetur dispositioni Juris; & intelligatur Mercator authenticus, quicumque fuerit ut supra descriptus, & approbatus per Dominos Consules, & Consilium præfatæ Mercatantiæ. Et quod Libris Mercatorum defunctorum adhibeatur fides illa, & tanta, quanta adhibetur Libris Mercatorum viventium ut supra, si videbitur omnibus Consulibus præfatæ Mercatantiæ, vel majori parti eorum, & hoc a Libris quinquaginta Imper. infra tantum, jurantibus Hæredibus, aut Tutoribus, vel Curatoribus dicti Defuncti, & si, & prout videbitur dictis Dominis Consulibus ut supra, quod credunt dictum Librum, qui præsentabitur eis justum fore, & non vitiatum, nec suspectum, & prædicta omnia contenta in præsenti Capitulo sint in arbitrio præfatorum Dominorum Consulum Mercatorum, vel majoris partis eorum, & prout eis melius videbitur, & placuerit.

CAP.

CAP. XLIV.

Che possano i Consoli fare a ciascheduna delle Parti quelle domande, che crederanno, come possono farlo le Parti medesime l'una all'altra, alle quali non rispondendo la parte interrogata nel tempo assegnato, s'abbiano per confessate, e per tali siano dai Consoli pronunciate.

Item quod Domini Consules Mercatorum possint, & eis liceat pro libito voluntatis interrogare pro iis, quæ agitabuntur coram ipsis quamlibet personam, seu quamlibet partem coram eis litigantem ubicumque, & quandocumque eos æquitas moverit: Et quod quælibet pars teneatur, & debeat respondere quibuscumque interrogationibus, quæ per ipsos Consules eidem fierent, & hoc infra terminum respondendi eidem assignatum per ipsos Consules, vel aliquem eorum; & si pars interrogata respondere recusaverit, vel omiserit infra terminum respondendi eidem per dictos Consules assignatum ut supra, dicti Consules teneantur, & debeant in ejus præjuditium infra duos dies proxime venientes, pronuntiare ipsas interrogationes, quibus non fuerit responsum, pro confessis, cui pronuntiamento stari debeat aliquo non obstante. Petitiones etiam per partes fieri possint, quibus, & cuique earum responderi debeat per partem, contra quam fierent, infra terminum sibi assignatum per dictos Consules, vel aliquem eorum, salvo jure impertinentium, & non admittendorum in fine. Alioquin elapso dicto termino respondendi, si infra ipsum terminum responsum non fuerit ipsis positionibus plene, & clare, & sine conditione dicti Consules, vel major pars eorum, teneantur ipsa die, vel sequenti, qua ab eis fuerit requisitum, pronuntiare ipsas positiones, & quamlibet earum, quibus non fuerit aliqualiter, vel minus clare responsum per confessas, & confessatas, cui pronuntiamento stari debeat aliquo non obstante.

CAP. XLV.

Che possa chicchessia esser costretto venire avanti i Consoli in qualità di Testimonio, se non ne è dispensato dalle Leggi.

Item quod quælibet persona, quæ citata fuerit venire ad testificandum coram dictis Dominis Consulibus ad jurandum, & testificandum veritatem super aliqua Quæstione, Lite, Causa, seu Controversia, quæ coram ipsis Consulibus verteretur, teneatur, & debeat venire ad jurandum, & testificandum coram ipsis Consulibus super dicta Quæstione, Lite, Causa, seu Controversia, sub pœna Librarum vigintiquinque Imper. applicanda pro medietate dictæ Societati Mercatorum, & pro alia medietate parti, ad postulationem cujus citata fuerit. Et prædicti Consules possint talem personam sic recu-

recusantem, vel omittentem venire ad jurandum, & testificandum, ut supra, in ipsis Libris vigintiquinque Imper. condemnare summarie, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura Judicis, & etiam sine scriptis, & prout ipsis D. D. Consulibus videbitur, & placuerit, sola veritate inspecta. Et nihilominus dicta talis persona citata, ut supra, compelli possit, & debeat juris remediis ad jurandum, & testificandum super ipsa Quæstione, Lite, Causa, seu Controversia, aliquo non obstante, dummodo alias de jure testificari non teneatur; & qui D. D. Consules hujusmodi condemnationes petere, & exigere possint, & debeant omnibus juris remediis. Possint etiam dicti D. D. Consules contra tales inobedientes, & recusantes venire ad testificandum dictam pœnam augmentare, & accrescere, & reducere, arbitrio præfatorum Consulum, & prout eisdem melius videbitur, & placuerit.

CAP. XLVI.

Che debbano i Consoli ad instanza di ciascheduna delle Parti obbligar l'altra, quando non fossero passati dieci di utili dopo la contestazione, a rimettere la Lite in due, o tre amici comuni dell'ordine de' Mercanti, i quali nel tempo assegnato loro nel compromesso, la desiniscano inappellabilmente, e far eseguire la loro Terminazione.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod Consules suprascriptæ Societatis Mercatorum Pergami, vel major pars eorum, seu duo ex eis, ex eorum Offitio, vel si ab aliqua ex partibus fuerit requisitum, dummodo per partem petatur infra decem dies utiles a die Litis contestatæ connumerandos, si pars ipsa petere voluerit, possint si eis videbitur compellere partes, quæ coram eis litigarent, occasione alicujus Mercantiæ, vel ex alia causa, de qua cognitionem habent suprascripti Consules, secundum formam Statutorum præsentium, ad se compromittendum de jure, & de facto in unum, vel in tres amicum, vel amicos, commune, vel communes partium prædictarum, & qui amici sint, & esse debeant Mercatores dictæ Civitatis Pergami, de omnibus Litibus, Causis, Quæstionibus, & Controversiis, quæ coram eis vertentur occasionibus suprascriptis, vel aliqua earum, sub pœna per ipsos D. D. Consules limitanda, etiam per detentionem personæ. Et si aliqua ex dictis partibus recusaret dictum compromissum facere, condemnetur per ipsos D. D. Consules in Libris vigintiquinque Imper. qualibet vice, & plus, & minus, arbitrio suprascriptorum Consulum, inspecta qualitate facti, & conditionis personarum, cujus condemnationis medietas sit dictæ Societatis, & alia medietas ejus, qui dictum compromissum petierit, ut supra. Et nihilominus dicta pars, quæ condemnata esset, ut supra, compelli possit, & debeat omnibus juris remediis per ipsos Consules ad dictum compromissum faciendum, sub simili pœna, ut supra, injungenda toties quoties

per

per aliquam ex dictis partibus fuerit recusatum dictum compromissum fieri, ut supra, & quarum prædictarum pœnarum condemnatio fieri possit, & debeat per dictos Consules summarie, & extra ordinem, & in scriptis, & sine scriptis, & aliquo juris ordine non servato. Et ipsa condemnatione facta, ipsi D. D. Consules possint, & debeant sub pœna Sacramenti exigere, & exigi facere dictam pœnam, & condemnationem, & condemnatum compellere ad eam solvendum infra decem dies proxime sequentes, & de prædictis dicti D. D. Consules possint sindicari; qui arbitri, & arbitratores teneantur, & debeant, & cogi possint per dictos Consules omnibus remediis juris infra terminum contentum in compromisso, seu prorogatione facta de ipso compromisso, si prorogari contigerit dictas quæstiones decidere, & terminare, prout eis in recta conscientia æquum, & justum videbitur. Salvo quod prædicta non habeant locum in aliquibus Litibus, Causis, Quæstionibus, vel Controversiis, in quibus, & de quibus esset lata Sententia diffinitiva. Et quod pronuntiamenta, arbitramenta, & præcepta, quæ fieri contigerint per ipsos, vel ipsos arbitros, & arbitratores ut supra, seu per duos ex eis, si fuerint tres, non possint nulla dici, nec ab eis appellari, nec querelari, nec reduci ad arbitrium alicujus boni viri, nec aliquo juris remedio attemptari, sed firma, & valida sint, & executioni mandentur per suprascriptos Consules, sub pœna Librarum quinquaginta Imper. si ab eis, vel aliquo eorum fuerit requisitum, non obstante aliquo denuntiamento, vel petitione consilii sapientis, & non obstantibus aliquibus exceptionibus, quæ contra suprascriptam executionem opponerentur, & hoc post terminum, seu terminos in ipsis arbitramentis, seu præceptis contentum, seu contentos, si terminus aliquis in eis fuerit appositus infra unum Mensem post ipsa arbitramenta, si ab eis per aliquem ex partibus fuerit requisitum.

CAP. XLVII.

Che sia cura de' Consoli far rispettare il loro Magistrato, ed i Ministri di quello.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod aliqua persona cujusvis conditionis existat, non audeat facere, nec dicere aliquod dedecus, sive aliquam contumeliam, vel injuriam alicui Consuli, seu Officiali dictæ Mercatantiæ, Offitium ejusdem exercendo, sub pœna, & banno cuilibet contrafacienti Librarum decem Imper. qualibet vice, & plus, & minus arbitrio præfatorum D. D. Consulum, inspecta qualitate facti, & conditione personarum, & si aliquis dixerit, vel fecerit injuriam Notariis dicti Paratici Mercatorum, vel alicui eorum exercentibus dictum eorum Officium, condemnentur per ipsos Consules, vel aliquem eorum in Libris septem Imper. & si quis litigans ad Bancum Juris, & Officii præfatorum D. D. Consulum, necnon litigans verba

ba aliqua protulerit injuriosa alicui personæ ad dictum Bancum Mercatorum, condemnetur in Libris tribus Imper. pro quolibet, & qualibet vice, & minus arbitrio præfatorum D. D. Consulum, quæ pœnæ deveniant in dictum Paraticum Mercatorum.

C A P. X L V I I I.

Che se alcuno contro l' ordine de' Consoli impedirà, che siano fatti pegni, o li toglierà dalle mani degli Offiziali, sia condannato dai Consoli in lire cinque, non eccedendo i pegni le lire cento, ed in dieci se eccedessero.

Item quod si quis Mercator, vel aliqua alia persona, vel aliquis de ejus familia, prohibuerit, vel prohibebit se pignorari, interdici, vel sequestrari de bonis ejus, dummodo habeatur licentia a præfatis D. D. Consulibus Mercatorum, vel ab aliquo eorum, de qua constet per publicum Instrumentum, vel per acta publica, & ostensa fuerit, si requisitum fuerit, condemnetur per præfatos D. D. Consules ille, de cujus bonis voluerint pignorare, interdicere, vel sequestrare, in Libris decem Imper. pro qualibet vice. Et hoc si dicta licentia fuerit concessa de Libris centum Imper. vel supra, & Libris quinque Imper. pro qualibet vice, & hoc si prædicta licentia fuerit concessa a Libris centum Imper. infra, & simili pœna puniatur accipiens pignora de manibus Servitorum, vel Barovariorum, de cujus prohibitione, vel ablatione credatur Servitori, & Barovario, seu Barovariis, cum uno teste fide digno, & ultra teneatur ad restitutionem ipsorum pignorum, & etiam omnis damni, & interesse, quæ pœna applicetur pro medietate dicto Paratico Mercatorum, & pro altera medietate ei, ad postulationem cujus fieret, vel fieri vellet dictum pignus, & quem condemnationem dicti D. D. Consules teneantur facere, ac parabulam, & licentiam de eis concedere, sub vinculo Sacramenti infra unum Mensem postquam ab eis requisitum fuerit, & facta ipsa condemnatione, & data licentia, eam exigere, vel exigi facere teneantur omnibus juris remediis.

C A P. X L I X.

Che tutte le pene prescritte in questo Statuto, nè applicate ad alcuno, s' intendano applicate al Paratico de' Mercanti.

Item quod omnes pœnæ contentæ in Capitulis Statutorum dictæ Communitatis, & Paratici Mercatorum Pergami, non specificatæ, in quem devenire debeant, pleno jure deveniant in dictum Paraticum, & Societatem Mercatorum Pergami, omnes etiam aliæ pœnæ specificatæ, in quem devenire debeant, de quibus in præsentibus Statutis Mercatorum fit mentio, fiant, & pu-

puniantur, & executioni mandentur arbitrio præfatorum D. D. Consulum Mercatorum, vel majoris partis eorum, inspecta qualitate facti, & conditione personarum, & loci, non obstantibus aliquibus derogatoriis in prædictis, nec infrascriptis, de quibus in præsenti Volumine Statutorum fit mentio.

CAP. L.

Che se alcuno venderà Mercanzia difettosa, senza scoprirne al Compratore, o al Mezzano i difetti, sia tenuto risarcire il Compratore ad arbitrio de' Consoli. E chi tiene Mercanzia non corrispondente alla Mostra, perda la Mercanzia.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quælibet persona undecumque sit, & tam Civis Districtualis, & Episcopatus Pergami, quam Forensis, qui venderet alicui Mercatorum pannum fraudatum, vel aliquam lanam, vel aliquam Mercantiam fraudatam, teneatnr satisfacere damnum emptori, secundum æstimationem Consulum dicti Paratici Mercatorum, vel duorum ex eis, vel aliorum duorum bonorum virorum Mercatorum eligendorum per ipsos Consules, vel duos ex eis, sub pœna, quam ipsi Consules voluerint accipere, & intelligatur etiam Venditorem fecisse fraudem in Mercatantiis per eum venditis, si in eis aliquis defectus reperiatur, qui non sit notificatus per eum ipsi emptori, & Maroserio laudanti dictam Mercantiam, si quis Maroserius erit, & si aliqua Mercantia reperiatur enormiter fraudata, & quod in se sit commissa fraus enormis, absconsa, quæ non sit aperta, nec aperte videri possit, & cognosci per emptores, quod talis Mercantia possit libere, & impune comburi, si videbitur dictis Consulibus Mercatorum, & quatuor ex sapientibus dicti Paratici Mercatorum. Et quod pro prædictis dicti Consules, & Sapientes non possint, nec debeant aliquo tempore sindicari, & molestari. Et quod nulla monstra fiat in aliqua Mercatantia, quæ non sit consimilis ipsi Mercatantiæ, & ejusdem bonitatis, & pulchritudinis, sub pœna omissionis totius prædictæ Mercatantiæ, quæ deveniat in dictum Paraticum Mercatorum Pergami pro medietate, & pro alia medietatè emptori ipsius Mercatantiæ, & plus, & minus arbitrio D. D. Consulum.

CAP. LI.

Che l' affitto per alloggi, o sian Magazzeni di Mercanzia, sia un soldo per ciaschedun collo.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod liceat, & licitum sit cuicumque Hospiti, vel Maroserio tenenti alienam Mercatantiam honeste, & debite ad videndum in domo sua, accipere a venditore marchettum unum pro quoli-

bet collo Mercatantiæ, pro Magazzeno, & non plus; & etiam licitum sit cuilibet alteri personæ tenenti aliquam domum, seu Fundegum, in qua deponatur alia Mercatantia, accipere a quolibet Conductore marchettum unum pro quolibet collo cujuslibet Mercatantiæ pro locatione, seu Magazzeno, & non plus acceperint dicti Marosarii, vel Hospites, ut supra.

CAP. LII.

Che non si possa comperare Stame, o Lana cominciata a lavorarsi, se non da chi ne fa pubblicamente Negozio, e da chi dia sicurezza d' esserne proprietario.

Item quod non sit aliquis Mercator, nec aliqua alia persona, quæ debeat præstare, nec mutuo dare aliquam quantitatem pecuniæ super aliquam quantitatem Lanæ, vel Stamii inceptæ ad laborandum, nec eam emere, nisi ille, qui dictam Lanam, vel Stamum venderet, vel pignori daret, esset Mercator publicus Pannorum, seu Lanarum, vel bonam fidem faceret, ipsam Lanam, seu Stamum, esse suam, vel suum sub pœna Librarum trium Imperial. cujus pœnæ sit medietas accusatoris, & alia medietas dicti Paratici Mercatorum, & ultra id, perdat omne totum, quod præstaverit super dicta Lana, vel Stamo, & quod talis præstator, seu præstans super dicta Lana, seu Stamo, dare, & in retro tornare teneatur tale Stamum, & Lanam cuique Mercatori, cujus erit dicta Lana, & Stamum, sine aliquo prctio, nec pecunia, sub pœna dupli ejus, quod valeret dicta Lana, vel Stamum, quam condemnationem dicti Consules facere teneantur infra unum Mensem, si ab eis fuerit requisitum, & de prædictis detur fides cuique accusatori, cum Saeramento suo, & uno Teste fide digno. Et quod si coram dictis Consulibus Mercatorum esset quæstio aliqua de aliqua quantitate Lanæ inceptæ laborari, vel Stamo, ut supra, quæ dicetur furto, vel aliquo modo illicito esse subtracta alicui Mercatori, tunc dicti Consules possint, & debeant facere restitui dictam Lanam ei, cujus verisimiliter esse crederent, summarie, & sine litigio aliquo.

CAP. LIII.

Che venendo esibita alcuna quantità di Lana cominciata a lavorarsi da persone, che non ne facciano pubblicamente Negozio, si debba ricevere, e portarla a' Consoli, perchè ne dispongano come loro parrà.

Item quod si aliquis, qui non sit Mercator publicus, & usualis, ostenderet pro vendendo alicui Mercatori aliquam quantitatem Lanæ inceptæ laborari, tunc dictus Mercator possit, & ei liceat, & licitum sit, ac debeat ipsam

ipsam Lanam retinere, & eam præsentare coram dictis Consulibus ipsa die, qua retinuerit, ut de eà disponere possint secundum quod eis visum, & æquum fuerit.

CAP. LIV.

Che se alcuno comprerà, sapendolo, o avendo ragione di sospettarne, Mercanzia rubata, sia condannato in tre Lire ogni volta.

Item quod non sit aliquis Mercator, qui emat, nec emere debeat aliquam Mercatantiam, quæ sit, & præsumatur esse furata, sub pœna Librarum trium Imper. pro quolibet, & qualibet vice, cujus pœnæ medietas sit accusatoris, & notificantis, & alia medietas dicti Paratici Mercatorum, & detur fides accusatori cum uno Teste bonæ famæ, & opinionis, quam condemnationem dicti Consules facere teneantur sub vinculo Sacramenti, si ab eis fuerit requisitum, & hoc intelligatur civiliter agendo.

CAP. LV.

Che possa qualsisia onesto Mercante di questo Distretto, colla licenza de' Consoli, e Savj, farsi scrivere al Libro de' Mercanti, notando in quello la Firma, che vuole usare, e dando sicurtà di pagar le Taglie, che verranno imposte al Paratico.

Item statutum, & ordinatum est, quod quælibet Persona Civitatis, Districtus, & Episcopatus Pergami, quæ utatur Mercantia Pannorum, Lanæ, Cociorum, Guadi, & aliarum Mercantiarum, possint se facere scribi, vel se scribere in Libro Paratici Mercatorum, seu Mercatantiæ Pergami, & Notarii dicti Paratici, seu Consulum Mercatorum Pergami, teneantur scribere in dicto Libro Mercatantiæ omnes prædictos, qui voluerint se facere scribi in ipso Libro, prius habita licentia a Consulibus Mercatorum Pergami, qui sunt, & pro tempore erunt, una cum Sapientibus dicti Paratici, vel majori parte eorum, & quod tales Mercatores, qui scripti sunt, vel erunt super dicto Libro, adstricti sint ponere signum suum super dictum Librum prope nomen suum, & postea non debeant uti alio signo, nec permutare supradictum signum suum sine licentia suprascriptorum D. D. Consulum, qui sunt, vel pro temporibus erunt tempore mutationis supradictæ. Et quod satisdare debeant idoneis satisdationibus in Civitate, vel Burghis Pergami, in manibus suprascriptorum Consulum, de non committendo aliquam fraudem in Mercantiis, & de solvendo omnes impositiones eis impositas, & imponendas per suprascriptum Paraticum, seu per dictos Consules nomine dicti Paratici; & aliter nullus alius possit se scribi facere, nec se scribere in dicto Libro; & quod quilibet, qui sic se scribet, vel scribi faciet cum

ſigno ſuo ſuper dictum Librum Mercatantiæ Pergami, cum modis ut ſupra, teneantur ſolvere dicto Paratico Mercatorum, ſeu Notariis recipientibus nomine dicti Paratici Mercatorum ſoldos quinque Imper. qui convertantur in oblationibus tunc fiendis per dictum Paraticum Mercatorum Pergami, & etiam teneantur ſolvere Notariis dictorum D. D. Conſulum, & Paratici Mercatorum Pergami marchettos duos pro eorum mercede.

CAP. LVI.

Che chi vuol eſſer Senſale debba, eſaminato, ed approvato da' Conſoli, e da due Savj, farſi ſcriver al Libro de' Mercanti, dar ſicurtà di ſuo Miniſtero, e giurare di eſercitarlo fedelmente.

Item ſtatuerunt, & ordinaverunt, quod omnes Meſetti teneantur facere ſe ſcribi pro Meſettis ſuper Libro Mercatantiæ Pergami, & jurare ad Sancta Dei Evangelia facere, & exercere dictum ſuum Officium Meſettariæ bene, & diligenter, legaliter, & ſine fraude, & antequam aliqualis accipiatur pro Meſetto, approbetur per Conſules Mercatantiæ, & per duos ex Sapientibus dictæ Mercatantiæ, ad hoc per Conſules electos, ſi fuerint ſufficientes, & idonei faciendi dictam Meſettariam, & eſſendi Meſettos Mercatantiæ; & ſi videbitur Conſulibus, & dictis Sapientibus ipſos eſſe ſufficientes, primo ſatiſdare debeant, & tunc recipiantur, & jurent ad Sancta Dei Evangelia de faciendo dictam Meſettariam bona fide ut ſupra, & dicti Meſetti teneantur ſolvere dicto Paratico ſoldos quinque Imperial. & Notariis marchettos duos pro dicta deſcriptione fienda pro quolibet eorum.

CAP. LVII.

Che il Senſale ſia tenuto paleſare ai Contraenti il nome all' uno dell' altro, e il vero Prezzo, e dare la Caparra, la quale rende impenitibile il Contratto, che non può più eſſere ſciolto, ſe non di conſenſo. E ogni contratto notifichi al Conſolato fra tre giorni, ſe fatto in Città, Borghi, o Vicinanze, fra otto, ſe fuori. La quale depoſizione faccia piena fede. Se però il Senſale non eſponeſſe con verità le qualità del Contratto, ſia da' Conſoli punito. Sia proibito a' Senſali d' intrometterſi in qualunque Contratto, nel quale aveſſero intereſſe.

Item quod quilibet Meſettus, quando facit, ſeu faciet aliquod Mercatum, teneatur, & debeat manifeſtare emptori nomen venditoris, & venditori nomen emptoris, & veritatem totius pretii; & denarium dare, ſeu aliquid aliud nomine Arræ, & dicto denario dato, Mercatum ſit firmum, niſi illud per partes revocetur; & ſi de prædictis oriatur aliquod dubium, ſibi Sacramen-

mentum deferatur per præfatos D. D. Consules, qui Mesetti teneantur in scriptis dare quodlibet Mercatum in credentia inter Mercatores Civitatis Pergami, & contrahentes cum eis, & etiam inter Mercatores forenses, & Cives Mercatores Pergami, & alios Mercatores, & contrahentes cum eis, Districtus, & Episcopatus Pergami, & ad Bancum Officii dictæ Mercatantiæ, seu Notariis ad dictum Officium deputatis, vel alteri eorum declarando diem, Mensem, & millesimum, & ei tali Mercato sic dato, & ad dictum Bancum in scriptis producto credatur, & plena fides adhibeatur, ac per Consules Mercatorum executioni mandetur; & quod quilibet Mesettus teneatur notificare Consulibus Mercatorum, seu ad dictum Bancum Officii eorum, quodlibet Mercatum, de quo ipse fuerit mediator infra tres dies, a die contracti Mercati si factum fuerit in Civitate, Burghis, & Vicinantiis Pergami; & si extra Civitatem Pergami, infra octo dies proxime venturos post ipsum Mercatum factum, sub pœna soldorum viginti Imper. cuilibet Mesetto negligenti producere ut supra, & plus, & minus arbitrio præfatorum D. D. Consulum, & solvatur Notariis suprascriptis scribentibus in Libro dictum Mercatum, seu Mercata, expensis emptoris, & venditoris soldus unus Imper. pro quolibet Mercato. Et si contigerit aliquem Mesettum in scriptis producere ut supra aliquod Mercatum contra veritatem, & probatum fuerit Mercatum aliter fuisse contractum, quam produxerit, condemnetur talis Mesettus per præfatos D. D. Consules in Libris vigintiquinque Imper. & plus, & minus arbitrio præfatorum D. D. Consulum, inspecta qualitate facti, & conditione personæ; medietas cujus condemnationis, & pœnæ sit accusatoris, vel querelantis, & alia medietas perveniat in dictum Paraticum Mercatorum; & quod aliquis Mesettus non audeat, nec præsumat aliqualiter ullo modo, vel ingenio se intromittere pro Mesetto de aliquo Mercato contrahendo cum aliqua persona, pro aliqua venditione, vel emptione fienda de aliquibus Mercantiis, & rebus, de quibus esset socius, vel particeps, vel haberet commodum, vel incommodum, excepto dumtaxat salario suo, eidem limitato, ut infra, sub pœna Librarum vigintiquinque cuilibet Mesetto contrafacienti, cujus pœnæ medietas sit accusatoris, seu denuntiatoris, & alia medietas sit Paratici Mercatorum.

CAP. LVIII.

Che la mercede de' Sensali sia un danaro per Lira ne' Contratti, che non ascendono oltre le duecento Lire; in quelli poi, che eccedono questa somma, per il di più della stessa, non abbiano che la metà. E questa mercede non possano avere quelli, che non sono descritti al Libro de' Mercanti.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod Mesetti habere debeant denarium unum Imper. pro qualibet Libra pretii cujusque Mercati, Mercantiæ ulme-

medietatem ab emptore, & aliam medietatem a venditore, & hoc si pretium dicti Mercati ascenderet, seu ascendet usque ad summam Librarum 200. Imper. si vero ab inde supra, totius illius Mercati, pretii, quod ultra ascenderet, vel eccedat, habeant tantum medium denarium pro qualibet Libra. Et quod dicti Mesetti teneantur observare dicta Statuta Sacramento præcisô, & non facere ultra præscriptas sub pœna, & banno sol. 40. Imper. cuilibet Mesetto, quoties contrafecerit, & prædicti D. D. Consules habita notitia, & veritate de prædictis, teneantur exigere dictam pœnam a contrafacientibus, seu delinquentibus, cujus pœnæ medietas sit accusatoris, vel denuntiatoris, & alia medietas in supradictum Paraticum Mercatorum, & quod nullus alius Mesettus habeat salarium aliquod pro ejus Mesettaria, nisi sit descriptus super Libro Mercatantiæ, ut supra.

C A P. L I X.

Che chiamati i Mercanti a Consiglio dal Podestà, o da' Consoli, debbano venire uno per Famiglia, quando non abbiano giusto impedimento.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quilibet Mercator de dicto Paratico, & Societate, seu Universitate Mercatorum Pergami, vel saltem unus de sua Familia, quando fuerit requisitus, quod ex parte Magnifici D. Potestatis Pergami, vel D. D. Consulum Mercatorum Pergami veniat ad Paraticum, sive ad Consilium dictæ Societatis, vel ad oblationes teneatur venire coram Consulibus dicti Paratici, ad locum ubi citabitur, vel ubi præconatum fuerit ex parte Magnifici D. Potestatis Pergami, sub pœna sol. trium Imperial. & plus, & minus arbitrio prædictorum D. D. Consulum, & hoc si justam causam non habuerit.

C A P. L X.

Che sia cura de' Consoli, e de' Savj di sciogliere le combricole, si tenessero da qualunque Arte a pregiudizio dell' Università de' Mercanti.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod si casus eveniret, quod Folatores, Tinctores, Textores, Vergatores, Pettinatores, Scartezatores, Battitores Lanæ, Cimatores, Garzatores, vel Magistri a Caldera fecissent, vel fecerint aliquam Conventiculam contra dictum Paraticum, & Mercatores dicti Paratici Mercatorum, vel in ejus, vel eorum præjuditium, quod suprascripti Consules, una cum Credendariis, vel Sapientibus dicti Paratici, & Societatis Mercatorum, teneantur, & debeant providere cum effectu contra ipsas Conventiculas, & adimplere, & facere id, quod erit pro meliori dicti Paratici, & dictorum Mercatorum, servata justitia cuique, & hoc ad expen-

expensas dicti Paratici, semper servando Privilegia, & Concessiones Serenissimi Duc. Dom. Nostri Venetorum.

CAP. LXI.

Che qualunque Mercante, il quale dicesse, o facesse cosa, che tornar potesse in pregiudizio del Paratico, cada in pena di Lire cinque Imperiali, e sia depennato dal Libro de' Mercanti, se non ne paga altre dieci.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod aliquis Mercator Pergami, vel Districtus non audeat, nec præsumat dicere, vel facere quidquam indebite, quod vergat, vel veniat, seu vergere, vel venire possit in detrimentum, seu præjuditium, aut damnum Mercantiæ, sive dictæ Societatis Mercatorum Pergami, seu contra Statuta, & ordines, seu honores ipsius Mercatantiæ. Nec placitum, litem, quæstionem, nec controversiam movere, nec moveri facere contra supradictum Paraticum, seu dictam Mercatantiam, sub pœna soldorum centum Imperial. cuilibet contrafacienti, & qualibet vice, quæ deveniat, & applicetur dicto Paratico, & ulterius privetur, & privatus sit ipso jure, & facto omnibus Beneficiis, Statutis, & Privilegiis dictæ Mercatantiæ, & de ipsa Societate, & Paratico Mercatorum aboleatur, cancelletur, neque in ea, nec in eo recipiatur, donec solveret dictam condemnationem in duplum.

CAP. LXII.

Che chi dà Filo, o Lana a far panni, o tele, ne dia in oltre al Tessitore in iscritto il peso con un segno, perchè quando gli vien riportato il drappo fabbricato, possa conoscere se sia stato defraudato, e farsene risarcire.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quilibet Mercator, qui daret alicui Textori, vel alteri Personæ Stamum, Telam, seu Lanam, pro faciendo aliquem Pannum, vel aliquam quantitatem Panni, Lanæ, quod dictus Mercator, vel famulus, sive factor dicti Mercatoris, debeat dare dicto Textori, vel alteri personæ, cui daret Telam, vel Lanam ut supra in scriptis, quantum sit dictum Stamum, & Lana ad pondus, cum suo signo, & quod si dictus Textor, vel alia persona non consignaverit, seu non consignaret ipsi Mercatori Pannum sgrezum, vel Lanam, aut Stamum ad dictum pondus, quod detur fides dicto Mercatori, vel suo famulo, seu factori petenti dictum Stamum, & Lanam ad dictum pondus, vel pretium, vel restitutionem damni, quod portaret, vel sustineret occasione prædicta, cum Sacramento suo, arbitrio prædictorum D. D. Consulum, & prout eisdem melius videbitur, & placuerit.

CAP.

CAP. LXIII.

Che li Consoli abbiano facoltà di dare in pagamento a' Creditori Mercanti li Beni sì mobili, che immobili de' loro Debitori.

Item quod liceat, & licitum sit prædictis Dominis Consulibus Mercatorum, ac ipsi Domini Consules possint, & valeant dare in solutum Creditoribus Mercatoribus quorumcumque aliorum Debitorum suorum bona, & de bonis, & rebus mobilibus, & immobilibus ipsorum talium Debitorum, usque ad illam summam, quam, & de qua cognoverint ipsi D. D. Consules, ac viderint tales Mercatores fore veros Creditores prœdictorum talium Debitorum, servata tamen forma Statutorum Communis Pergami.

CAP. LXIV.

Che li Statuti de' Mercanti debbano esser osservati da qualunque Giusdicente della Città, o Distretto, egualmente che se fossero Statuti del Comune medesimo.

Item quod Statuta, & ordinamenta, ac reformationes dicti Paratici, & Societatis Mercatorum Pergami facta, & fienda, debeant de cætero coram quocumque habente jurisdictionem in Civitate, & Districtu Pergami observari, & ratha, & firma sint, tamquam forent Statuta, & Reformationes Communis Pergami, & approbata per prælibatum Ducale Dominium Nostrum Venetorum.

CAP. LXV.

Che il Panno basso greggio in Pezza debba essere lungo sessanta braccia, in Cavezzetto trenta, ed alto nove quarte, sotto pena di dieci soldi Imper. per ciascun braccio mancante in lunghezza, e di tre Lire Imper. per ogni quarta mancante in altezza. Debba esser composto di mille e duecento fili, oltre le cimozze, ognuna delle quali debba essere di cinque fili, sotto pena di dieci soldi Imper. ogni centinajo di fili mancanti. Debba avere almeno venti Lire grosse di peso ogni cavezzetto, e se ci fosse della malizia, sia punita di tre Lire Imper. ogni Lira di peso, che fosse di meno. E sia creduto l' accusatore con un Testimonio.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod non sit aliqua persona, quæ debeat, audeat, vel præsumat in Civitate, Burghis, vel Suburbiis, Districtu, vel Episcopatu Pergami facere, nec fieri facere aliquem Pannum bassum Lanæ, sive aliquam petiam Panni bassi, nisi sit de brachiis sexaginta quan-

do

do est sgrezia, nec aliquem cavezzolum, quando est sgrezius, nisi sit de brachiis triginta, & nisi dicta petia Panni, & dictus cavezzolus sint brachia duo, & quarta una in altum, quando erunt sgrezia, sub pœna soldorum decem pro quolibet brachio, quod non esset sic longum, vel quod deficeret ad dictam longitudinem, & sub pœna Librarum trium pro qualibet quarta, quæ deficeret ad dictam latitudinem. Et quod quilibet Pannus bassus sgrezius, sive quilibet Capitiolus Panni sgrezii debeat esse ad minus Librarum viginti grossarum, ad rationem unciarum triginta pro Libra; & si inventus fuerit aliquis Pannus, vel Capitiolus baniatus, vel intus aliquis lapis, vel sablonus, vel alia res, possit appellari fraus, & habens dictum Pannum, seu Capitiolum omni vice, cadat in pœnam Librarum trium Imper. pro qualibet Libra dicti Panni, & Capitioli, qua esset minus dicta pensa debita, & sic pro ratha, & quod quælibet Petia Panni sgrezii debeat ad minus esse de Centenariis duodecim filorum, ultra cimossas, quæ cimossæ sint ad minus filorum quinque pro quaque, sub pœna sol. decem Imper. pro quolibet Centenario, & qualibet cimossa, in quas pœnas incurrent illi, qui facerent, & fieri facerent, vel tenerent, vel haberent dictum Pannum contra dictam formam, & quod dictus Pannus possit detineri per Inventores, & consignari debeat suprascriptis Dominis Consulibus ea die, vel sequenti, qua inventus fuerit, & intelligatur, & sit obligatus pro dicta pœna, & quilibet possit accusare, & notificare, & credatur accusatori, & notificatori, cum Sacramento suo, & uno Teste bonæ famæ, & opinionis, cujus pœnæ medietas sit accusatoris, vel notificatoris, & alia medietas dicti Paratici.

CAP. LXVI.

Che il Panno basso Bergamasco follato, e non garzato debba pesare dieciotto Libre grosse ogni Pezza, in pena di soldi venti Imper. per ogni Libra di callo sì al Compratore, che al Venditore, di che si creda all'accusatore con un Testimonio. E possa essere arrestato, e consegnato al Consolato ancora trovato condursi a Bergamo.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quælibet petia Panni Bergamaschi ulz. albi, verdetti, bassi, fullati, non garzati, quæ aliunde de extra Civitatem, & Suburbia Pergami conduceretur ad Civitatem, vel Suburbia Pergami, de parietibus octo sit, & esse debeat fullata; & antequam sit garzata ad minus Librarum decemocto grossarum, ad rationem unciarum triginta pro qualibet Libra, & sic pro ratha sub pœna sol. 20. Imp. pro qualibet, quæ deficeret ad implendum dictas Libras decemocto, & qualibet vice, in quam pœnam incurrat ille, qui eam conduceret, & quod possit dictus Pannus retineri per inventores, & debeat præsentari coram supradictis Consulibus die ipsius inventionis, vel sequenti; & sic intelligatur obligatus pro dicta pœna,

na, & quilibet possit accusare, & notificare, & credatur accusatori, & notificatori cum Sacramento suo, & uno Teste bonæ famæ, & opinionis, cujus pœnæ medietas sit accusatoris, & alia medietas supradicti Paratici; & in supradictam pœnam non cadat, nec veniat aliquis Pannus de Lana gentili, vel Veronensi, sed sit in arbitrio D. D. Consulum, & Sapientum dicti Paratici.

CAP. LXVII.

Che nessun Cimatore, o Sarto, il quale tenga in Bottega Panno da ritaglio, possa andar con altri dove si venda Panno da ritaglio a vederlo, per farne compra, in pena di Lire tre Imperiali.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod nullus Cimator, neque Sartor, qui teneat aliquam quantitatem Panni in ejus apoteca pro vendendo ad retalium, audeat, vel præsumat ire in aliquam Stationem, seu Apotecam, in qua vendatur Pannus ad retalium, ad videndum Pannum cum aliqua persona, pro aliqua venditione, seu emptione fienda de ipso Panno, sub pœna Librarum trium Imper. pro qualibet vice, cujus pœnæ medietas sit dicti Paratici, & alia medietas accusatoris, & quam venditionem facere teneantur Consules dicti Paratici, si ab eis requisitum, & denuntiatum fuerit.

CAP. LXVIII.

Che nessun Filator di Lana possa riceverne da più Mercanti nel medesimo tempo. E che sia prontamente pagato, in pena del doppio.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod non sit aliqua persona, quæ filet, vel filabit, vel laborabit Stamum, vel Lanam alicui Mercatori ad habitationem Laboratoris, quæ debeat recipere ab aliquo alio Mercatore in habitatione ipsius Laboratoris aliquam aliam quantitatem Lanæ, vel Stami, sub pœna soldorum viginti Imper. pro quolibet Laboratore, nisi primo filaverit, vel laboraverit dictam Lanam sibi datam, ut supra, & notificet illi Mercatori, cujus esset dicta Lana, vel Stamum, & quod statim sit obligatus talis Mercator solvere supradicto Laboranti de mercede sua, sub pœna dupli dictæ mercedis.

CAP. LXIX.

Che qualunque Mercante comprerà Panno mancante in lunghezza, larghezza, o peso, e non lo notificherà all' Officio Mercantile, caschi nella medesima pena, che il Venditore.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod sit illa, & eadem pœna, de qua sit

sit mentio in supradicto Statuto loquente de longitudine, & latitudine, & pensa Pannorum, cuilibet Mercatori, qui emerat aliquam petiam Panni non fullati, si non notificaverit Officialibus dicti Paratici, vel Consulibus, si ipsa petia Panni sic empta, non esset ad pensam, & longa, & in latitudinem, ut in Statuto prædicto dicti Paratici continetur; & si fuerit inventa in statione dicti emptoris, quod ipse emptor cadat in dictam pœnam, nisi eam notificaverit ut supra, & quod Officialis teneatur bullare dictam petiam Panni, quando erit sibi notificata, sic quod fraus non fiat, nisi semel in emptore.

CAP. LXX.

Che chiunque sarà tirare Panno basso alla Teza del Follatore, o alla Chioderà, caschi in pena di due Lire Imper. per ciascheduna Pezza.

Item quod non sit aliqua persona Civitatis, Burgorum, Districtus, vel Episcopatus Pergami, quæ audeat, nec debeat tirare, nec tirari facere aliquam petiam Panni Lanæ bassi ad tisam Fullatorum, vel ad Cloderiam, vel alio modo, sub pœna Librarum duarum Imper. pro quolibet, & qualibet petia Panni, & plus, & minus arbitrio prædictorum D. D. Consulum, cujus pœnæ medietas sit inventoris, vel accusatoris, & alia medietas dicti Paratici.

CAP. LXXI.

Che chiunque sarà trovato da' Consoli tener Pesi, o Misure false, cada in pena di soldi quaranta Imperiali.

Item quod Consules dicti Paratici Mercatorum teneantur, & debeant jurare, & temptare passos, & mensuras Civitatis, & Districtus Pergami, si sunt falsi, & falsæ, & si quem, vel quam invenerint falsum, vel falsam, illa persona, cui inventa fuerit dicta mensura falsa, condemnetur per ipsos Consules in sol. quadraginta Imperial. pro quolibet; & illum passum, seu mensuram frangere debeat, cujus pœnæ medietas sit D. D. Consulum, & alia medietas Paratici.

CAP. LXXII.

Che i Consoli abbiano incombenza di cassare dal Libro de' Mercanti quelli, che non esercitano pubblicamente la Mercanzia, o non la esercitano decentemente.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod Consules supradicti Paratici Mercatorum, qui sunt, & pro temporibus erunt, teneantur, & debeant modis omnibus, quibus potuerint, una cum Sapientibus dicti Paratici Mercatorum Pergami providere, & curare cum effectu, quod illi, qui non sunt publici

 Mer-

Mercatores, & qui non sunt convenientes esse de Paratico Mercatorum, removeantur, & cassentur, & removeri, & cassari debeant de dicto Paratico, & de Libro dicti Paratici, & Societatis, & hoc secundum, & prout, & eo modo, ut placuerit ipsis Consulibus, & Sapientibus, vel eorum majori parti.

C A P. L X X I I I.

Che ogni Pezza piccola di Fustagno debba esser lunga almeno ventidue braccia, ed alta tre quarte, e mezza, sotto pena di dieci soldi Imperiali per ogni Pezza calante, e di risarcire il Compratore.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quælibet petia Fustani, seu Fustanorum parva, quæ contigerit fieri in Civitate, Burghis, & Suburbiis, vel Districtus, vel Episcopatu Pergami, sit, & esse debeat in longitudine ad minus brachiorum viginti duorum, & alta ad minus quartas tres, & mediam, sub pœna soldorum decem Imper. pro qualibet petia; & si non esset ad ipsam mensuram, quod Venditores teneantur satisfacere emptori de eo, quod esset minus, & plus arbitrio prædictorum D. D. Consulum, & de prædictis, seu de contentis in hoc Capitulo, publica Proclamatio in Civitate, & Burghis Pergami fiat, in locis consuetis.

C A P. L X X I V.

Che la Tirindana debba essere di braccia quarantadue la Pezza. Se però si vendesse a braccio, si venda per quaranta, oltre la buona misura, la quale sia di braccia due la Pezza; se fosse più, o meno, sia risarcito chi perde.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quælibet Tirintana, quæ vendatur ad petiam, sit, & esse debeat brachia quadraginta duo, & si plus esset, quod remanere debeat emptori, & si minus, satisfacere debeat venditor emptori; & si vendatur ad brachium, non vendatur nisi pro brachiis quadraginta sine mensura, quæ mensura esse debeat brachia duo pro qualibet Tirintana.

C A P. L X X V.

Che ogni Tessitore debba far registrare al Consolato Mercantile la sua Marca, e ogni anno dar Pieggeria di metterla all' uno, e all' altro Capo di ogni pezza da lui fabbricata.

Item quod quilibet Textor Panni, Lanæ tirintanæ, & Fustani teneatur, astrictus, & obligatus sit facere suum signum a quolibet capite Panni tirintanæ, & Fustani, quod signum suum portari teneatur, & debeat in scriptis

in

in forma &c. ad Bancum Juridicale dictorum D. D. Consulum Mercatorum, & satisdare omni anno in manibus supradictorum D. D. Consulum Mercatorum de faciendo supradictum signum, & de servando supradicta Statuta Societatis Paratici Mercatorum, sub pœna soldorum viginti Imper. pro quolibet contrafaciente applicanda supradicto Paratico Mercatorum, quam conditionem supradicti D. D. Consules facere teneantur sub vinculo Sacramenti, si ab eis requisitum fuerit.

C A P. L X X V I.

Che nessun Tintor di Lana, o Panno bianco in bruno possa tingerlo con Scorza, Vitriolo, Galetta, o Limatura; ma solo con Guado, in pena di soldi cento Imperiali.

Primo quod non sit aliquis Tinctor, nec aliqua alia persona, quæ debeat, audeat, nec præsumat tingere, nec tingi facere aliquam quantitatem Panni, vel Lanæ albæ in brunum, in rusca Nucis, nec alia rusca, nec in Vidriolo, & Galettis, nec in Molatura, præterquam in Guado, sub pœna soldorum centum Imper. pro quolibet, & qualibet vice, cujus pœnæ medietas sit accusatoris, & alia medietas dicti Paratici Mercatorum; & quod detur fides accusatori cum ejus Sacramento, & cum uno Teste fide digno. Et quod Consules supradicti Paratici, seu major pars eorum teneantur, & debeant sub vinculo Sacramenti condemnare tales contrafacientes in supradicta pœna, & quantitate pecuniæ infra unum Mensem proxime venientem postquam ab eis requisitum fuerit per accusantes, vel notificantes prædicta.

C A P. L X X V I I.

Che i Tintori debbano mettere in ogni vaso di Tintura quindici Libre grosse di Allume.

Item quod dicti Tinctores teneantur, & debeant ponere in quolibet vaso ad tingendum Pannos Libras quindecim Aluminis ad rationem unciarum triginta pro qualibet Libra, sub pœna arbitrio Consulum Mercatorum auferenda.

C A P. L X X V I I I.

Che chi vende il Guado a centinajo debba darne Libre quaranta grosse al centinajo. Chi lo vende a grate, trentasette paja di Balle per ogni grate, che pesi dieci Libre grosse, e siano secche, e ben condizionate. E che i Consoli abbiano debito d' inquirire ex Officio se questo Statuto vien osservato.

Item quod si aliquod Guadum, vel Mercatum guadi, quod venderetur, factum

factum fuerit inter contrahentes ad centenaria, seu ad rationem centenarii, venditor teneatur dare emptori pro quolibet centenario Libras quadraginta grossas ipsius guadi, ad rationem unciarum triginta pro qualibet Libra. Si vero Mercatum fuerit factum ad gratem, teneatur dare pro qualibet grate paria triginta septem ballarum siccarum, & maseratarum, & bene ordinatarum, quæ debent ponderare Libras decem grossas ad supradictam rationem unciarum triginta pro qualibet Libra, & intelligendo de quatuor collectis ipsius guadi in Ballis bene sicci, & maserati, & ordinati, & qui ita non fuerint, ut prædictum est, teneantur restituere damnum emptori, & ultra cadant in pœnam arbitrio D. D. Consulum imponendam &c. Et quod dicti Consules teneantur, & debeant sub pœna Sacramenti facere fieri præconium in Civitate Pergami, & Burghis post præsentium Statutorum publicationem, & etiam semel in anno in Civitate, & Burghis Pergami, si videbitur D. D. Consulibus, quod non sit aliqua persona, quæ faciet contra prædicta, sub pœna prædicta, applicanda pro medietate accusatori, & pro alia medietate ipsi Paratico.

C A P. L X X I X.

Che nessun Tintore possa tingere, nè Mercante far tingere in guado Panno di Lana peggior della Nostrana, ed in cui siavi garzatura, in pena di soldi venti Imperiali.

Item quod nullus Tinctor possit, nec debeat scienter tingere, nec aliquis Mercator debeat facere tingere scienter in guadum aliquem Pannum de pejori Lana, quam de Lana nostrana, nec aliquem Pannum, in quo esset garzatura, vel Lana pelata, vel qui haberet lizolos, sub pœna ipsis Tinctoribus, & Mercatoribus pro quolibet Tinctore, seu Mercatore, qui contrafaceret, soldorum viginti Imper. qualibet vice imponenda ut supra, & quod dicti Consules teneantur, & debeant, si ab eis fuerit requisitum, facere conditionem de dicta pœna sub vinculo Sacramenti.

C A P. L X X X.

Che tutti i Tintori debbano ogni anno in Gennajo, o Febbrajo dar Pieggeria a' Consoli di far bene il loro mestiere, e con buona fede custodire, e restituire li Panni consegnatigli, in pena di Lire dieci Imper.. E se alcun Tintore per negligenza lasciasse macchiare qualche pezza di Panno, sia obbligato pagarlo.

Item quod omnes Tinctores Civitatis, Districtus, & Episcopatus Pergami teneantur, & debeant quolibet anno de Mense Januarii, vel Februarii satisdare in manibus prædictorum D. D. Consulum Nostri supradicti Paratici Mercatorum, recipientium cum bonis Fidejussoribus, approbandis per ipsos Do-

Dominos Consules de tingendo, seu tingi faciendo omnes Pannos, & Cavezzolos, qui eis dabuntur, vel consignabuntur ad tingendum bene, bona fide, & legaliter, & sine fraude, & de custodiendo ad eorum Tinctorias omnes Pannos, & Cavezzolos, ne dicti Panni, & Cavezzoli maculentur, & de restituendo Mercatoribus, & hominibus, quorum erunt, ipsos omnes Pannos, & Cavezzolos, sub pœna Lib. decem Imper. pro quolibet Tinctore, quæ pœna deveniat in dictum Paraticum, & quod dicti Consules Mercatorum teneantur, & debeant sub vinculo Sacramenti condemnare, si eis notificatum fuerit, dictos Tinctores, si non fecerint dictam satisdationem infra quindecim dies proxime venientes post dictam notificationem. Et quod si dicti Tinctores dimiserint guastari aliquem Pannum, seu aliquam petiam Panni in sua Tinctoria, pro eorum negligentia, vel alio modo, quod ipsi Tinctores sint adstricti tenere dictum Pannum, & solvere illi, vel illis Mercatoribus, cujus, vel quorum est dictus Pannus justo pretio, & quod dicti Tinctores teneantur habere unum proprium signum pro quolibet, quod signum portare debeant ad Bancum Mercatorum, & postea detur fides dictæ Tesseræ cum Sacramento supradicti Tinctoris.

CAP. LXXXI.

Che nissun possa tessere, nè far tessere Panno nel Pettine alto, che non sia almeno di diciotto centinaja.

Item quod non sit aliquis Mercator, nec Textor, qui debeat, audeat, nec præsumat facere, nec fieri facere, nec tessere facere aliquem Pannum sgrezzum in Petheno alto, si non esset ad minus de centenariis decem octo ad plus.

CAP. LXXXII.

Che il Follatore non possa ricevere, se non la mercede tassata da' Consoli. Se lascierà sdruscire nel follo, o perforare, o marcire il Panno, debba risarcire il danno a stima di due Periti Mercanti. Abbia debito di riporre sul plega Panni il Panno subito lavato.

Primo quod nullus Fullator possit, nec debeat accipere de aliquo Panno ad fullandum ultra pretium justum, & taxatum, vel limitatum, seu limitandum per Consules dicti Paratici, sub pœna, quam dicti Consules voluerint ei injungere, applicanda pro medietate cuique accusanti, & pro alia medietate dicto Paratico. Et si inventum fuerit quod dictus Fullator, seu Fullatores, commiserit, seu commiserint aliquam fraudem in dictis Pannis, cadant in prædictam pœnam, & intelligatur commisisse fraudem, si dimiserint affracare dictum Pannum in fullo, vel fieri aliquod foramen in dicto Pan-

Panno, vel marcescere dimiserint ipsum Pannum penes eum, vel eos existente, & intelligatur foramen esse factum si juravit Mercator: & teneantur, & debeant dicti Fullatores satisfacere de damno facto, vel dimisso fieri in dictis Pannis illis, quorum erunt dicti Panni, secundum quod illud damnum fuerit æstimatum per dictos Consules, vel per duos bonos Mercatores eligendos ad voluntatem dictorum Consulum. Et quod dicti Fullatores teneantur, & debeant ponere quemlibet Pannum sgrezzum super plegapanno, quam cito dictus Pannus fuerit lavatus, sub prædicta pœna, ut supra.

C A P. L X X X I I I.

Che il Follatore debba dare sicurtà ogni anno in mano de' Consoli di far con diligenza, e buona fede il suo mestiere.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod omnes Fullatores Civitatis, Burgorum, Districtus, vel Episcopatus Pergami teneantur, & debeant satisdare quolibet anno de Mense Januarii, vel Februarii, cum bono, seu bonis Fidejussoribus approbandis per dictos D. D. Consules Mercatorum, in manibus D. D. Consulum, seu Notarii ipsius Paratici Mercatorum, & cujusque, cujus interest, vel interesse posset de fullando Pannos bene, bona fide, & legaliter sine fraude, & de custodiendo ipsos Pannos ad eorum fulla, ne dicti Panni maculentur: & de restituendo Mercatoribus omnes Pannos, qui eis dabuntur, & designabuntur per homines, & Mercatores Pergami, sub pœna Librarum decem Imper. pro quolibet Fullatore, quæ pœna deveniat in dictum Paraticum Mercatorum, & quod dicti Consules Mercatorum teneantur, & debeant sub vinculo Sacramenti condemnare omnes Fullatores contrafacientes, & omittentes facere supradictam satisdationem, si eis notificatum, vel denominatum fuerit.

C A P. L X X X I V.

Che i Consoli debbano unirsi con i Savj ogni tre Mesi, ed abbiano facoltà di mutare, se lo credono, qualunque Officiale del Paratico.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod singulis tribus Mensibus D. D. Consules dictæ Societatis Mercatorum, & Sapientes ejusdem congregari debeant simul, & providere si est aliquid necessarii in Paratico, & quod provideant una cum dictis Sapientibus omnia, quæ sint necessaria, & quod habeant bailiam mutandi omnes Officiales dicti Paratici, si non faciunt legaliter Officium suum, vel non videatur eis ipsos Officiales esse idoneos ad eorum Officia.

CAP.

CAP. LXXXV.

Che i Consoli uniti ai Savj possano mettere a' Mercanti quelle Taglie, che crederanno necessarie per pagare le spese del Paratico.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod Consules Mercatorum Pergami, qui sunt, vel pro temporibus essent, una cum Sapientibus dicti Paratici Mercatorum, vel major pars eorum possint, & eis liceat imponere, & ponere inter Mercatores dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum Taleas, Datia, & Impositiones, & fœdera causa, & occasione solvendi, & faciendi oblationes, & offertas necessarias fieri per ipsum Paraticum Mercatorum Pergami, & causa solvendi salaria Consulum, Credendariorum, & Sapientum, & Notariorum, & aliorum Officialium dicti Paratici, & Societatis Mercatorum, & pro solvendo omnes alias expensas factas, & faciendas nomine dicti Paratici Mercatorum, & pro eo.

CAP. LXXXVI.

Che tutti i Beni posseduti dal fuggitivo ne' quattro Mesi avanti la fuga si suppongano essere stati suoi, salva la prova in contrario, e li Statuti delle stride.

Item quod quæcumque bona, quæ habuerit fugitivus infra quatuor Menses antequam fugeret, sua esse intelligantur, salvo jure probandi in contrarium, & si quis diceret ea aliquo titulo acquisivisse, in fraudem alienasse præsumatur respectu Creditorum, unde in eis Creditores habeant jus pignoris, & hipotecæ, alienatione aliqua non obstante, secundum modum, & formam jurium suorum, salvis semper Statutis, & provisionibus mentionem facientibus, & proclamationibus fiendis super venditionibus rerum immobilium.

CAP. LXXXVII.

Che se alcuno fuggirà per Debiti Mercantili, e s' intenda fuggito, se citato non comparirà, o comparendo non darà sicurtà di pagare fra sei giorni, i suoi Creditori siano messi in possesso de' di lui Beni sommariamente, ed in esso mantenuti.

Item quod si quis Debitor ex causa negotiationis, vel cambii, vel pecuniæ commodatæ, vel depositatæ, seu ex pretio alicujus rei mobilis fugam fecerit, & se absentaverit, statim postquam de fuga, seu absentatione ipsius constiterit, & constare intelligatur, si non comparuerit coram Consulibus

dictæ Societatis Mercatorum, vel aliquo eorum citatione præhabita, vel si comparuerit, non satisdederit de solvendo infra terminum sex dierum computandorum a die citationis, prædicti D. D. Consules teneantur, & debeant Creditores ipsius fugitivi, & quemlibet eorum petentem, & volentem, & de credito suo fidem idoneam facientem summarie, ponere in possessionem, & tenutam bonorum, & rerum dicti fugitivi, vel quæ per eum, vel ejus nomine, seu per aliquem de ejus familia, vel nomine alicujus de sua familia, vel quicumque sit de sua familia, sive serviens, sive domicillus, sive alius, vel alia quæcumque persona, tenebantur, & possidebantur tempore fugæ, seu absentationis ipsius, vel per quatuor Menses ante, etiam sine banno, vel alia solemnitate; & in ea tenuta, & possessione eos manutenere, & defendere possint summarie, & sine libelli datione, sine strepitu, & figura Judicii omnes quæstiones, quæ pro prædictis moverentur; & habeat locum tam in contractibus celebratis cum illis, qui fugerint, vel fugient, quam in futurum celebrandis, & in casibus tam præteritis, quam futuris, & hoc lege aliqua non obstante. Salvo quod non intelligatur fugiens, qui comparuerit, & sponte petierit se mitti in carceribus pro debito, in quo est obligatus, vel si præsentaverit coram dictis D. D. Consulibus tot pignora mobilia, ex quibus possit satisfieri Creditori.

CAP. LXXXVIII.

Che li fuggitivi, e loro effetti di qualunque natura possano esser detenuti in ogni luogo da' Creditori, o di loro ordine, non ostante qualunque dilazione di Causa, o di Cattura. Solo debbano dentro tre giorni darne notizia al Podestà, o Consoli, in pena, mancando a ciò, di lire cinquanta Imper.

Item quod tales fugitivi ubicumque reperiantur capi, & detineri possint, & bona eorum rubari per Creditores, vel eorum nuntios, etiam sine aliquo banno, & non obstantibus aliquibus dilationibus causarum, vel captionum, & capta detineantur nisi solvant Creditoribus, vel idoneam satisdationem præstent arbitrio D. D. Consulum Mercatorum, vel alicujus eorum pro debito, vel judicato solvendo. Et si aliqui fugitivi capti fuerint, vel eorum bona accepta per aliquos Creditores, vel eorum nuntios, teneantur, & debeant ipsi Creditores, vel eorum nuntii talem fugitivum captum, & bona sic ut præmittitur accepta consignare, vel notificare infra tertium diem coram Magnifico D. Potestate Pergami, vel Consulibus Mercatorum, sub pœna Lib. 50. Imper. & valoris dictorum bonorum.

CAP.

CAP. LXXXIX.

Che contro i figlj, e fratelli del fuggitivo indivisi, e di lui compagni di negozio procedere si possa realmente, e ancora personalmente, se parerà a' Consoli.

Item quod filii, & fratres, qui cum eis stant ad unum panem, & vinum, & fratres, & socii ejusdem negotiationis ipsam negotiationem exercentes, & omnes alii descendentes talium fugitivorum teneantur, & astricti sint in solidum Creditoribus, & contra eos, & quemlibet eorum possit, & debeat procedi realiter tantum, & non personaliter, quemadmodum contra fugitivos posset procedi, possit tamen procedi, & exequi realiter, & personaliter si videbitur ipsis D. D. Consulibus.

CAP. XC.

Che alcuno non possa comparire in giudizio in qualità di Procuratore de' fuggitivi, se non darà sicurtà di eseguir il giudicato ad arbitrio del Podestà, o Consoli. E la lite con tutto ciò si proseguisca quanto alla decisione, non quanto alle pene.

Item quod tales, qui habentur, & teneantur pro fugitivis, non possint stare in judicio per Procuratorem, nisi ipse Procurator bonam, & idoneam satisdationem fecerit de judicato solvendo arbitrio Magnifici D. Potestatis, vel D. D. Consulum Mercatorum Pergami, vel alicujus eorum, & nihilominus tamen quæstio mota terminetur ex vigore, & tenore præsentium Capitulorum quantum ad decisionem, non tamen quantum ad pœnas.

CAP. XCI.

Che il Podestà sia tenuto far prendere i fuggitivi in qualunque luogo, e scrivere ancora ai Podestà delle altre Terre a questo effetto, a spese però de' Creditori.

Item quod per D. Potestatem, & Commune Pergami detur opera cum effectu cum Communi, & Rectoribus cujuslibet Civitatis, vel Castri, seu Terræ; quod Mercatores, & Campsores fugitivi capiantur, & detineantur in personis, & rebus in suis partibus, & transmittantur Potestati Pergami, & non permittantur stare, & habitare in aliqua Civitate, Castro, vel Terra; & super his fiant pacta, & conventiones cum aliis Civitatibus, Castris, & Villis, sicut melius videbitur; & istud Statutum mandetur executioni expensis Mercatorum, secundum consuetudinem reciprocam.

CAP. XCII.

Che i Padri, e Figliuoli maſchj maggiori di diceiott' anni, e Fratelli viventi in comune col fuggitivo, ſiano abligati in ſolido a' Creditori Mercantili, realmente però, non perſonalmente; ma ſe ſi foſſero ingeriti nel Negozio, ancora perſonalmente.

Item quod Patres, & Filii maſculi majores annis decem octo, & Fratres ſtantes ad unum panem, & unum vinum, & omnes alii deſcendentes talium fugitivorum teneantur, & obligati ſint Creditoribus in ſolidum, & contra eos, & quemlibet eorum procedi poſſit, & debeat realiter tantum, quemadmodum contra fugitivos poteſt procedi, ſi tempore fugæ, vel intra duos Menſes a tempore fugæ ſteterint cum ſuo aſcendente ad unum panem, & unum vinum; ſed ſi intromiſiſſet ſe de ea negotiatione, tunć indiſtinćte tales deſcendentes majores decem octo annis teneantur ſicut eorum aſcendentes, & prædicta omnia in correctione, & diſcretione dictorum D. D. Conſulum conſiſtant ſecundum, & prout eis videbitur juri conſonum.

CAP. XCIII.

Che i compagni nel Negozio decotto, ed i fautori de' fuggitivi ſiano obbligati a debiti de' medeſimi.

Item quod Socii ejuſdem negotiationis, & defenſores teneantur ad debitum, ſcilicet illi Socii, qui ſunt ejuſdem negotiationis, & intelligantur defendi eos ad hoc, ut teneantur ad debitum fugitivi, ſeu fugitivorum, qui præſtant conſilium, vel favorem, ne fugitivi, vel eorum bona caperentur, vel qui eos receptarent.

CAP. XCIV.

Che il fallito, ſe non paga i debiti Mercantili in contanti, debba eſſere carcerato.

Item quod quilibet, qui fuerit debitor, vel fidejuſſor ex cauſa negotiationis, ſeu Mercatantiæ, vel geſtionis alicujus negotiationis, vel pro aliqua remuneratione, ſeu mercede ea occaſione debita, vel promiſſa, vel pro cambiis, vel depoſitis, vel recomendationibus factis alicui Mercatori, ſeu penes eum, vel aliqua occaſione pro prædictis, vel aliqua earum orta, vel ſequuta, dum conſtet de debito per cartam, vel condemnationem, vel per ſcripturam manu Debitoris factam, etiam ſi cauſa debiti non ſit appoſita in

illa

illa Scriptura, vel alio modo appareat debitor, seu constet de debito, termino solvendi debitum elapso, teneatur, & debeat solvere debitum Creditori tantum in pecunia numerata, & non in alia re, & nisi solverit in pecunia numerata, capiatur personaliter, & captus detineatur, nec exire possit de carceribus, nisi solverit debitum in pecunia numerata, vel se concordaverit cum Creditore, & hoc Statutum locum habeat in contractibus præteritis, & futuris, & si aliquod Statutum in aliqua parte sui foret, vel esse diceretur aliqualiter in favorem alicujus fugitivi, vel suorum conjunctorum, de quibus supra facta est mentio, habeat, & intelligatur non fore factum, nec valere aliqualiter, ubi videretur in favorem, vel commodum fugitivi aliqualiter redundare, salvis contentis in suprascripto Capitulo, quod incipit: Item quod filii masculi majoris, & finit, ascendentes, & salvis etiam infrascriptis.

C A P. X C V.

Che il Podestà, Giudice al Malefizio, e Rettori delle Valli, siano tenuti procedere ex officio ad instanza di qualsivoglia Creditore contro il fuggitivo, e citatolo prima legalmente, non comparendo, bandirlo, e dopo sei Mesi di bando, cadendo nelle mani della Giustizia, castigarlo; quando la maggior parte de' Creditori non convenisse diversamente. E la maggior parte de' Creditori sempre s' intenda attesa la grandezza de' Crediti.

Item quod quicumque Negotiator, Mercator, vel Campsor fugit, vel de cætero fugerit fraudolenter, & noluerit respondere Creditoribus suis, Magn. D. Potestas Pergami, & quilibet ejus Judex ad Maleficia, & Vicarii, & Rectores Vallium ut supra teneantur, & debeant ex Officio procedere contra illum fugitivum, ad petitionem cujuslibet Creditoris, postquam eis, vel alicui eorum denunciatum fuerit per aliquem Creditorem, seu Creditores ipsius fugitivi, quod procedant contra illum tamquam fugitivum in banniendo eum de maleficio pro fuga præcedente citatione legitima, & si quis fuerit taliter bannitus, & in banno permanserit per sex Menses, & postea in fortiam Communis Pergami pervenerit, puniatur arbitrio Illustrissimi D. Potestatis, nisi aliter fuerit in concordia cum majori parte Creditorum suorum, intelligendo majorem partem respectu majoris quantitatis crediti, & quod D. Potestas, & Consules Mercatorum, & quilibet eorum possint, & debeant cognoscere, & diffinire de primis causis contra fugitivos quolibet die feriato, & non feriato summarie, & de plano, & simpliciter, & extraordinarie, & sine strepitu, & figura Judicii.

CAP.

CAP. XCVI. CVIII. CIX. CX.

Che si debbano intendere Cause Mercantili, e soggette al Consolato ancora quelle, che fossero tra Mercante, e non Mercante, a motivo di qualche taglio di Panno comperato.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quælibet Lis, Causa, Quæstio, seu Controversia vertens, & quæ de cætero verteretur coram D. D. Consulibus Mercatorum Pergami, ejusque Districtus, & Episcopatus ut supra, vel aliquo eorum inter quemcumque, sive publicum Mercatorem, sive non, de quacumque quantitate Panni venditi, & qui de cætero venderetur, etiam ad retalium alicui personæ cujuscumque status existat, sive magnæ quantitatis, sive parvæ, & etiam de quibuscumque aliis Mercatantiis, tam in grossum, quam ad minutum, intelligatur esse, & sit Lis, Causa, Quæstio, & Controversia Mercantiæ, & Mercatantiæ, & de ea, & eis præfati Domini Consules Mercatorum, & quilibet eorum in solidum jurisdictionem habeant, & audire, cognoscere, decidere, & terminare possint sicut, & quemadmodum quilibet Judex ordinarius.

CAP. XCVII.

Che se un Debitore avrà rinunziati in atti di Notajo tutti i suoi beni al Creditore; volendo il Creditore nondimeno farlo stare in Carcere, debba corrispondergli dodici danari al giorno, e trascurando di farlo, il Debitore sia rilasciato.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod quælibet persona tenens, vel tenere volens aliquam personam in carceribus uti detentam ad ejus postulationem, occasione Mercatantiæ, quod ipsa talis persona tenens, vel tenere volens ipsam talem personam debitricem in dictis carceribus occasione prædicta, teneatur dare ipsi Carcerato denarios duodecim Imper. pro quolibet die, quo sic tenuerit, vel tenebit, vel tenere voluerit ipsum Detentum in dictis carceribus; & hoc in casu, quo ipse talis Carceratus prius renuntiaverit in manibus supradicti Creditoris, seu unius Notarii postulantis, & recipientis nomine, & vice suprascripti Creditoris omnia sua bona, & postquam renuntiaverit ipsa bona ut supra; & quod depositio, vel solutio ipsorum denariorum duodecim Imper. possit fieri pro uno Mense, vel minus arbitrio Creditoris, si vero dictus Creditor post dictam renuntiationem factam per dictum talem Debitorem carceratum, de qua renuntiatione fiat notitia ipsi Creditori steterit, vel negligens fuerit in dando, vel deponendo dictos denarios duodecim Imper. per dies octo continuos, quod eo casu ille Creditor teneatur

eum

eum relaxare, & præfati D. D. Consules possint ipsum talem Carceratum facere relaxari, si eis videbitur: salvo quod privilegio præsentis Statuti aliquis Carceratus gaudere non possit, si aliquam aliam venditionem, vel donationem, vel dominii, seu possessionis translationem fecerit de aliquibus bonis suis, ipso existente carcerato, & salvo quod præsens Statutum non habeat locum in Debitoribus fugitivis.

CAP. XCVIII.

Che nessun Mercante possa usare la firma d'un altro, in pena di Lire dieci Imp.

Item quod aliquis Mercator, tam Civis, quam Forensis, non faciat, nec facere possit, nec debeat signum alterius Mercatoris, nec simile signum alterius aliquo modo, vel ingenio, sub pœna Lib. decem Imper. cuilibet contrafacienti irremissibiliter auferenda per prædictos D. D. Consules, & plus, & minus arbitrio prædictorum D. D. Consulum, inspecta qualitate facti, & personarum, & applicanda dicto Paratico Mercatorum Pergami.

CAP. XCIX.

Che se alcun dubbio nascesse sull' intelligenza di questi Statuti, sia definito dal Consiglio Mercantile.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod si aliquod dubii emergerit, vel in futurum evenerit, seu veniet occasione præsentium Statutorum, tale dubium decidatur, & terminari debeat per Consilium dictæ Mercatantiæ, quæ terminatio facta valeat, & teneat, & executioni mandetur.

CAP. C.

Che chi farà citare alcuno, e comparendo il reo, non sarà in Giudizio, debba pagare al reo cinque soldi Imper. la prima volta, e venti la seconda.

Item quod si Actor, qui prius citari fecerit reum, reo comparente in termino, & actore non astante, solvat, & solvere debeat dicto citato, qualibet vice soldos quinque Imper. Et si secundo reum requiri fecerit, quod compareat in certo termino, & reus compareat, & actor non, quod talis actor non audiatur, nisi prius solverit tali reo soldos viginti Imperial. pro pœna & expensis applicanda ipsi reo, & plus, & minus arbitrio prædictorum D. D. Consulum.

CAP.

CAP. CI.

Li sopraddetti Statuti sono confermati dalla Sovrana autorità, ma salvo il diritto di correggerli, e salvi li Privilegi accordati a qualunque Università, o Persone particolari.

PASQUALIS MARIPETRO DEI GRATIA DUX VENETIARUM Nob. & Sap. Viris Nicolao Bono, de suo Mandato Poteſtati, & Benedicto Barotio Capitaneo Pergami, ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Vidimus Volumen Statutorum Nobis porrectorum parte Conſulum, & Societatis Mercatorum illius Civitatis Noſtræ, quod per Nos confirmari reverenter ſupplicatum eſt; & vidimus Litteras præceſſorum veſtrorum, per quas aſſerunt Statuta ipſa honeſta eſſe, & facta pro bonificatione Mercantiæ, ſuadentque confirmanda eſſe, idipſum illa Noſtra fidelissima Communitas per ſuas Litteras requirit, & ſupplicat: Quamobrem Statuta ipſa, Ordinamenta, & Reformationes, quas vobis remittimus præſentibus introductas, confirmavimus, & tenore præſentium confirmamus ad beneplacitum Noſtri Dominii. Et ſalvo ſemper arbitrio addendi, minuendi, mutandi, & per omnem alium modum corrigendi ſicut pro conditione rerum, & temporum nobis viſum fuerit, & non derogando, vel quovis modo contraveniendo Privilegiis, Capitulis, Promiſſionibus, & Conceſſionibus factis per Nos alicui communi, vel ſpeciali perſonæ aliqua ratione, vel cauſa. Iſtas autem, & ſub eis ordinamenta prædicta in Cancellaria veſtra, ad Succeſſorum memoriam regiſtrari faciatis.

Dat. in Noſtro Ducali Palatio die XXIV. Menſis Martii Indictione ſexta Anno MCCCCLVIII.

Nos Nicolaus Bono Poteſtas, & Benedictus Barotio Capitaneus Pergami, in executione Litterarum Ducalium Noſtrarum, univerſis, & ſingulis Juſdicentibus, tam in Civitate Pergami, quam in ejus Territorio, tenore præſentium præcipiendo mandamus, quatenus omnia, & ſingula Statuta ultraſcripta, & in præſenti Volumine deſcripta, & notata ut jacent obſervare, & obſervare facere debeant, prout in ipſis Litteris Ducalibus continetur. In quorum fidem has præſentes fieri juſſimus, & Sigillo Noſtro Sancti Marci roborari. Dat. die VI. Aprilis MCCCCLVIII.

CAP.

CAP. CII.

Che se ancora un solo dei Litiganti sarà Mercante, dovranno esser soggetti nondimeno alla Giurisdizione de' Consoli.

Die penultimo Januarii MCCCCLVII.
In Consilio Sp. Sp. D. D. Antianorum Pergami.

Magnificus D. Potestas.

Domini Antiani

D. Galeatius de Mutio.
D. Antonius de Mapheis.
D. Guardinus de Colleonibus.
D. Henricus de Soltia.
D. Sancinus de la Maldura.
D. Annibal de Rivola.
D. Gervasius de Medolaco.
D. Jacobus de Baniatis.
D. Antonius de Vitibus.

In quo quidem Consilio prædictus Magnificus D. Potestas proposuit, quod in Statuto Communitatis Pergami reperitur quoddam Statutum, quod aliqua Persona non possit consentire in aliquem Jusdicentem, præter quam in D. D. Potestatem &c. salva Jurisdictione D. D. Consulum Mercatorum inter Mercatores, qua causa dubium subortum est, unde ad removendum tale dubium bonum si videtur, quod declaretur in præsenti Consilio, quod si unus etiam solus esset Mercator, dicti Consules habeant Jurisdictionem inter eos, in cæteris firmo manente suprascripto Capitulo Statutorum Communis Pergami, & hæc declaratio describatur in Volumine Statutorum Paratici Mercatorum.

Super qua propositione ordinatum est quod ita fiat, & exequatur prout in ipsa propositione propositum est.

Ego Vincentius D. Joannis de Roxiate Not. Publicus Pergamensis, & V. Canc. Magnif. Civitatis Pergami prædictam declarationem, & propositionem ex Libris Cancellariæ prædictæ Magn. Communitatis fideliter exemplavi, & in fidem me subscripsi.

REFORMATIONES STATUTORUM

Prædictæ Societatis Mercatorum Pergami sunt hæc, vlz. servandæ per prædictos D. D. Officiales sic electos, & alios Officiales dictæ Societaits Mercatorum Pergami.

Infra sunt Statuta, & Ordinationes ordinata, & reformata per Nob. Viros D. D. Martinum de Brizianis, Nicolinum de Caverzenio, Petrolum de Benaleis, Joannem de Adraria, Rosettum de Rota, & alios Cives, & Mercatores Collegas ad hoc deputatos per Consilium Generale Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami.

Anno Domini MCCCCLXXII.

C A P. C I I I.

Che in vece di otto Savj ne siano eletti sette, li quali uniti a' Consoli rappresentino tutto il Consiglio Mercantile; e questi, o la maggior parte di loro possano riformare, e stabilire ciò, che crederanno utile al Commercio.

Item volentes reformare, & corrigere illud Capitulum Statuti, quo cavetur de electione Sapientium, Credendariorum, & Sindicorum statuerunt, & ordinaverunt, quod dicti duodecim Electores Mercatores electi in Consilio Mercatorum eligere debeant, & teneantur septem bonos, sufficientes, & idoneos Mercatores, Cives Pergami, qui septem Mercatores Cives nominentur, & appellentur Sapientes dictæ Societatis, & Paratici Mercatorum Pergami, qui speciali Sacramento, ac pœna, & banno soldorum decem Imper. pro quolibet eorum, & qualibet vice, teneantur venire ad Consilia dictæ Mercatantiæ toties quoties fuerint requisiti ex parte D. D. Consulum Mercatorum Pergami, nisi justam causam habuerint, vel haberent, de qua fidem faciant ipsi Consules. Et qui septem Mercatores Sapientes sic electi una cum Consulibus dictæ Societatis Mercatorum Pergami, vel major pars eorum possint, & valeant reformare, facere, providere, ordinare, statuere quæ viderint, & cognoverint fore utilia, & necessaria pro dicta Mercatantia, & omnia, & singula, quæ ipsi septem Sapientes Mercatores, una cum dictis Consulibus, vel major pars eorum, fecerint, & ordinaverint, ut supra, habeant, & obtineant illam plenam auctoritatem, & bailiam, ac valeant, & teneant, quemadmodum per totam Universitatem, & Societatem Mercatorum ipsius Mercatantiæ Pergami facta forent, & ordinata, quod Consilium durare debeat per unum annum, & similiter eligere debeant duos bonos, & sufficientes, ac idoneos Mercatores Cives Pergami, & habitatores

in

in Civitate, vel Burgis Pergami pro Sindicatoribus, & qui nominentur Sindicatores, qui duo Sindicatores sindicare, punire, & condemnare, ac absolvere debeant Consules veteres, & alios Officiales, & Notarios dicti Paratici, & Societatis Mercatorum Pergami de commissis, male gestis, & omissis per eos, vel aliquem eorum tempore eorum Officii; & Officium quorum duorum Sindicorum daret, & durare debeat per unum annum, ut supra.

C A P. C I V.

Che dalle Sentenze de' Consoli, che eccedono le sedici Lire Imp. si possa dentro di quattro giorni appellare ai tre Sopraconsoli, i quali dovranno esser eletti nel tempo, e nella maniera che i Consoli, e i Savj; e da quelle de' Sopraconsoli, quando non fossero concordi colle prime, si possa appellare di nuovo dentro quattro giorni ai Savj, la Terminazione de' quali dovrà esser eseguita. Pendente però la Causa in prima instanza, o in appellazione, siano concessi alle Parti termini di prova. Il Salario de' Sopraconsoli e de' Savj siano sei danari per Lira fin alle cento Lire Imper. e per il di più tre.

Item corrigendo illud Capitulum Statuti, quo cavetur de Jurisdictione D. D. Consulum Mercatorum Pergami, maxime, & specialiter in illa parte, quæ dicit, quod a Sententiis D. D. Consulum Mercatorum, vel alicujus eorum non possit, nec debeat appellari, quærelari, nec nullam dici &c. Volentes providere, ut locus sit appellationi, statuerunt, & ordinaverunt, quod lata prima sententia, seu facto præcepto necessario, & judiciali per supradictos D. D. Consules, vel aliquem eorum, inter aliquas personas, sive Mercatores, sive non, de, & super aliquibus Litibus, Causis, Quæstionibus, seu Controversiis coram ipsis D. D. Consulibus Mercatorum, vel aliquo eorum vertentibus, & quæ verti contigerint, liceat, & licitum sit parti succumbenti infra quatuor dies connumeratos a die latæ sententiæ, vel præcepti facti computandos, se appellari a tali sententia, vel præcepto facto ab ipsis Consulibus, vel aliquo eorum, & de nullitate dicere ad tres Mercatores, & Cives Pergami, qui nominentur, & appellentur Supraconsules, eligendos in Consilio generali dictæ Mercatantiæ, seu per duodecim Electores quolibet anno, tempore, quo eliguntur Consules, Sapientes, & Sindicatores, ut supra, & non ad alios Judices. Qui quidem tres Mercatores nominati Supraconsules, vel major pars eorum dictam quamcumque appellationem, & nullitatem cognoscere, & diffinire teneantur, & debeant, ac terminasse, & decidisse infra unum Mensem proxime venientem a die interpositionis dictæ appellationis, vel nullitatis, sub pœna Librarum decem Imper. pro quolibet eorum negligente auferenda, & applicanda dictæ Societati, seu Paratico Mercatorum Pergami, & ulterius reficiendo damna, &

expensas; ac interesse parti appellanti si fuerint requisiti cum instantia, & soluto prius, vel oblato cum effectu salario ipsorum D. D. Supraconsulum eisdem, & si ipsa sententia per ipsos D. D. Consules, vel aliquem eorum primo facta confirmari contigerit per ipsos tres Mercatores Supraconsules, sic eligendos ut supra, vel per majorem partem eorum, tunc, & eo casu dicta sententia, & præceptum firma, & firmum sit, & esse debeant, & inviolabiliter observari, & executioni mandari debeant, & ab ea, vel ab eis amplius per partem succumbentem non liceat appellari, nec de nullitate dici, nec recursus aliquis haberi, nec aliquid aliud opponi, seu attemptari, sed prout lata, & latum fuerit executioni mandetur ut supra. Si vero dicta sententia, vel proeceptum, lata, sive latum per præfatos Dominos Consules, seu aliquem eorum, ut supra, per ipsos tres Mercatores Supraconsules, vel per majorem partem, non fuerit confirmata, vel confirmatum, sed reformata, vel reformatum fuerit, tunc, & eo casu, & eatenus, quatenus fuerit dicta sententia primo latu, confirmata, vel annullata liceat, & licitum sit parti in dicta causa appellationis, vel nullitatis succumbenti, & quæ reportasset sententiam in prima Causa coram Consulibus ut supra, infra alios quatuor dies continuos appellare, vel de nullitate dicere ab ipsis D. D. Sopraconsulibus, seu aliquo eorum, & valeat, ac si esset interposita coram omnibus ad Sapientes dictæ Societatis Mercatorum Pergami numero septem, vel ad majorem partem eorum. Et infra unum alium Mensem immediate sequentem post dictam appellationem, vel nullitatem interponendam ut supra, sub pœnis prædictis applicandis ut supra, cognovisse, diffinisse, & terminasse debeant dictam Causam appellationis, vel nullitatis, a qua quidem sententia, seu diffinitione, vel terminatione facta per ipsos Dominos Sapientes, vel per majorem partem eorum, in eadem opinione amplius non liceat appellari, nec de nullitate dici, nec recursus haberi, vel attemptari, sed prout lata fuerit, statim executioni mandetur. Si vero dicta prima sententia, vel præceptum lata, vel latum per prædictos D. D. Consules in prima Causa non fuerit per partem succumbentem appellatum infra quatuor dies a die dictæ sententiæ, vel præcepti facti, tunc, & eo casu dicta prima sententia, vel præceptum, elapsis dictis quatuor diebus executioni mandetur, & mandari debeat per ipsos Dominos Consules. Et quod e sententiis latis per D. D. Consules Mercatorum Pergami a Libris sexdecim Imper. infra, nullo modo possit appellari, nec nullæ dici, nec aliquo juris remedio attemptari, nec recursus haberi, sed ipsæ sententiæ executioni mandentur aliquo in contrarium non obstante; & quod pendentibus dictis appellationibus, vel nullitatibus coram ipsis D. D. Supraconsulibus, & Sapientibus, vel aliquo eorum intra instantiam Litium, vel Quæstionum per ipsos D. D. Supraconsoles, & Sapientes, vel per aliquem eorum, dentur termini ad probandum partibus Litigantibus coram eis, vel aliquo eorum, arbitrio ipsorum D. D. Supraconsulum, & Sapientum, vel alicujus eorum. Et

quod

quod ipsi tres Supraconsules de quacumque Lite, seu Quæstione fuerit appellatum coram eis, & per eos decisa, & terminata per sententiam, habeant, & habere debeant, & percipere possint, & valeant denarios sex Imper. pro qualibet Libra, usque ad summam Librarum centum Imper. & abinde supra denarios tres Imper. pro qualibet Libra, & hoc a partibus litigantibus æqualiter: simile vero salarium habeant, & habere debeant dicti Sapientes, ad quos fuerit secundo appellatum, & si una partium contigerit exbursare, & solvere totum salarium, quod altera pars teneatur ad solvendum suam contingentem partem dicti salarii alteri parti sit solventi. Et quod dicti D. D. Supraconsules, & Sapientes habeant, & debeant condemnare inter partes, & condemnare partem succumbentem parti obtinenti in expensis Litis, & salario.

CAP. CV.

Che la Causa di prima instanza debba essere spedita in cinquanta giorni non feriati, eccettuati li Termini per prove lontane, e le sospensioni per urgenti necessità, o di consenso delle Parti. Se principiata la Causa si lascieranno passare li cinquanta giorni senza far altri atti, potrà la Parte ripigliarli, pagate le Spese all' avversario.

Item corrigendo, & mutando illud Capitulum Statuti, quo cavetur, quod Quæstiones terminari debeant infra quinquaginta dies utiles, & elapsis ipsis diebus quinquaginta, impositum sit perpetuum silentium, statuerunt, & ordinaverunt, quod instantia Causæ principalis non duret, nec durare debeat, nec possit ultra tempus, & spatium quinquaginta dierum minime feriatorum in honorem Dei, & Sanctorum, die Litis inceptæ exclusive computanda, quæ incepta intelligatur facta petitione, seu porrecto libello parti, a die comparitionis, sive contradictionis, vel oppositionis, & per præfatos Dominos Consules dentur Termini partibus ad probandum, & reprobandum arbitrio præfatorum D. D. Consulum, salvo quod pendente termino dato ad probationes absentes extra Territorium Pergamense, non currat interim tempus instantiæ dictorum quinquaginta dierum minime feriatorum in honorem Dei, & Sanctorum; & quod incepta dicta Lite, & subsequenter in ipsa Lite non fuerit per partes processum, quod nihilominus elapsa ipsa instantia quinquaginta dierum, possit reiterari si videbitur parti, possit tamen pars, quæ prima moverit Litem, & negligens steterit, & instantiam permiserit currere, & labi, in expensis condemnari, & quod illi dies feriati in honorem Dei, & Sanctorum intelligantur, & intelligi debeant secundum formam Statutorum, & ordinamentorum Communis Pergami in rubrica de Vacatione Fori, & hoc dum taxat de Festis nominatis in ipso Capitulo, & quod dicti D. D. Consules, vel duo ex eis concorditer possint, & valeant suspendere instantiam, seu instantias dictarum Litium, & Quæstionum coram eis, vel

vel aliquo eorum vertentium de partium voluntate ad beneplacitum ipsarum partium, & etiam possit eorum arbitrio suspendere ipsas Lites, & quamlibet earum per tempus dierum decem continuorum, & hoc de Officio in Officium, singula singulis congrue referendo, & hoc urgente aliqua necessitate, & durantibus ipsis suspensionibus, vel aliqua earum, non currat tempus instantiæ ipsarum Litium, & Quæstionum vertentium coram eis, vel aliquo eorum singula singulis congrui referendo.

C A P. C V I.

Che una persona dichiarata dai Consoli, o due di loro previe le debite Informazioni, fuggitiva, possa esser presa dai Creditori, ed a loro instanza in qualunque giorno, e luogo, ed essere incarcerata, ed i suoi Beni rappresagliati.

Item statuerunt, & ordinaverunt, quod fugitivi, & quilibet eorum, ubicumque reperiantur, tam in domo propria, quam extra domum, quolibet die feriato in honorem Dei, & Sanctorum, & non feriato capi, & detineri, ac carcerari possit, & bona eorum robari per Creditores, vel eorum tenentes, vel ad eorum instantiam, non obstantibus aliquibus in contrarium editis, vel edendis, donec solverint, & intelligatur fugitivus postquam pronunciatum, vel declaratum fuerit pro fugitivis, vel pro fugitivo per præfatos Dominos Consules Mercatorum, vel per duos ex eis concorditer, prius habitis debitis informationibus a personis fide dignis de fuga, vel suspicione fugæ talium fugitivorum, vel alicujus eorum.

C A P. C V I I.

Che chi negarà alcuna Carta essere scritta di propria mano, o d' altra persona della sua famiglia, ed abitante nella medesima Casa, convinto di falso, debba essere condannato nel doppio di quanto è contenuto nella scrittura, e dichiarato infame. E che sia tenuto chicchessia di presentare in Officio de' Consoli le Carte, sopra le quali vertisse questione avanti i Consoli medesimi, dato giuramento dalla parte, che le domanda d' aver interesse di vederle.

Item ad obviandum fraudibus, & malitiis, quæ sæpe occurrunt, statuerunt, & ordinaverunt, quod non sit aliquis Mercator, nec aliqua alia persona, quæ audeat, nec præsumat aliquo modo, vel quovis colore per se, vel per aliquam aliam submissam, vel interpositam personam directe, nec per indirectum negare aliquas Scripturam manu ejus scriptam, vel dicere, vel allegare ipsam talem Scripturam, vel Chirographum non fuisse scriptum, vel scri-

ſcriptam ejus manu, & hoc ſub pœna tantumdem, & in tantumdem, quanti, & quantum cantaverit ipſa Scriptura, vel ipſum Chirographum, quæ pœna auferatur irremiſſive tali neganti, & detur, & applicetur alteri parti, in cujus favorem cantaverit ipſa Scriptura, ulterius talis Mercator, vel talis perſona habeatur pro infame, & ut infamis habeatur, & publicetur per Dominos Conſules Mercatorum, vel per majorem partem eorum; & quod talis Mercator, vel perſona teneatur ad requiſitionem partis requirentis, vel ad requiſitionem, & petitionem D. D. Conſulum Mercatorum, vel alicujus eorum proteſtari in Judicio infra Terminum ſibi ſtatuendum per D. D. Conſules Mercatorum, qui terminus ſit brevis, utrum ſcripſerit ipſam Scripturam, vel ne, ad hoc, ut ſi negaverit ſcripſiſſe ipſam Scripturam, cadat in pœnam prædictam. Caſu vero quo recuſaverit, vel negligens fuerit proteſtari intra dictum terminum ſibi ſtatutum, ſeu ſtatuendum per præfatos Dominos Conſules, eo caſu dicta Scriptura habeatur pro vera Scriptura, & in eamdem pœnam cadant filii, qui negaverint Scripturam alterius fratris, & pater, qui negaverit Scripturam filii fore, & eſſe ſcriptam manu eorum, & hoc dumtaxat de illis, qui ſtant, & habitant in eadem familia, & quælibet perſona teneatur ad inſtantiam, & requiſitionem alterius producere ad Officium omnes Scripturas, de quibus vertitur, ſeu verteretur quæſtio, & dare alteri parti copiam, ſi juraverit ſua intereſſe copiam habere talium Scripturarum; & hoc dicitur de illis Scripturis, de quibus vertitur, ſeu verteretur quæſtio inter partes, coram Conſulibus Mercatorum Pergami, & prædicta omnia in præſenti Capitulo ſummarie cognoſcantur, diffiniantur, & terminentur, ac procedatur per D. D. Conſules Mercatorum Pergami, vel per duos ex eis ſummarie per comparationem Litterarum, & omnibus aliis Juris remediis, quibus melius poterunt, & ſciverint, & quolibet die feriato, & non feriato, & ſervata, & non ſervata aliqua Juris, & Judiciorum ſolemnitate, & prout ipſis D. D. Conſulibus melius videbitur, vel majori parti eorum.

CAP. CVIII. CIX. CX.

Che s' intendano ſoggette al Conſolato Mercantile ancora le Cauſe vertenti tra Mercante, e non Mercante, per cagione di Mercanzia.

CAP. CVIII.

Littera Ducalis pro confirmatione Statutorum.

MARCUS BARBADICO DEI GRATIA DUX VENETIARUM &c. Nob. & Sap. Viris Antonio Erizzo de ſuo Mandato Poteſtati, & Laurentio Venerio Capitaneo Pergami, & Succeſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Audivimus ſupplicationem fidelium iſtorum Mercatorum

torum Pergamensium, & intellecta eorum petitione, tanto benignius annuendum eis existimavimus, quanto liberius suadetis ad faciendum Vos, qui asseritis per Vestram responsionem vidisse Statutum, & correctionem factam tempore Nob. Viri qm. Barboni Mauroceni Praecessoris Vestri de Mense Januarii 1457. comperiisseque per idoneas, & fide dignas informationes hactenus fuisse observatum, sicuti narrant Mercatores ipsi, quod per Officium Consulum Mercatorum istius Civitatis proceditur in jure dicendo quando actor, & reus sunt Mercatores, sive alter eorum. Ne igitur Mercatores ipsi alio trahantur, quemadmodum nonnulli queritare videntur, Volumus, & Vobis mandamus, ut inviolabiliter observetis, & exequamini, faciatisque ab omnibus exequi, & observari correctionem antedicti Statuti, sicuti Mercatores ipsi supplicarunt, & Vos ambo Rectores Nostri consuluistis, aequitasque suadet, & omne jus exposcit. Has autem ad successorum memoriam registrari facite, & praesentanti restituite.

Dat. in Nostro Ducali Palatio Die XVIII. Aprilis Indictione IV. MCCCCLXXXVI.

C A P. CIX. CX.

Che la Giurisdizione Mercantile sia rispettata.

C A P. CIX.

Aliae Ducales pro Jurisdictione.

AUGUSTINUS BARBADICO DEI GRATIA DUX VENETIARUM Nob. & Sap. Viris Bernardo Bembo Doctori, & Equiti de suo Mandato Potestati Pergami, & Successoribus suis fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Comparens ad Nostram praesentiam fidelis Noster Franciscus Girardellus Notarius Deputatus ad Officium Consulum, Supraconsulum, Sapientum Paratici Mercatorum istius fidelissimae Nostrae Civitatis, nomine ipsorum, Dominio Nostro dolenter exposuit, ut cum circa Jurisdictionem dicti Officii Statuta, Ordines, & Reformationes jamdiu conditae, & ordinatae sint, & a Nostro Dominio subsequenter confirmatae; videtur, quod per Vos, & Judices de Curia Vestra saepenumero contrafiat praedictis Statutis, Ordinibus, & Reformationibus, nunc inhibendo Consulibus, & Officialibus praedictis, ne in Causis procedant, nunc etiam Causas Officio suo cognoscendas diversimode Vobis, & Judicibus ipsis advocando, aut aliter trahendo contra debitum juris, & immunitates praedictas, & propterea a Nobis suppliciter suffragari imploravit. Quamobrem has Nostras ad Vos dare decrevimus efficaciter, & expresse mandantes. Quatenus praefatis Consulibus, Officialibus, & Notariis suis Statuta praedicta, Ordines, & Reforma-

tio-

tiones super his editas observare, observarique facere omnino debeatis, abstinendo Vos, & Judices Vestros a talibus inhibitionibus, delegationibus, & advocationibus, sicuti juri convenit, & æquitati; verum si forte quidquam in contrarium sentieritis, tunc admonitis admonendis, his viz. de quorum prejudicio tractaretur ad Nos rescribatis: eos tamen Nostro Dominio remittendo, ut postremo superinde quantum consonum erit declarare valeamus. Has autem ad futurorum memoriam registrari facite, & registratas præsentanti restituite. Replicat.

Dat. in Nostro Duc. Palatio Die XIX. Octobris Indictione VIII. Anno MCCCCLXXXIV.

CAP. CX.

Littera D. Advocatoris pro Jurisdictione.

Sp. & Egregii Amici carissimi. Graviter conquestum est coram Nobis nomine Consulum, Supraconsulum, & Sapientum Paratici Mercatorum istius Civitatis, quod contra formam Statutorum suorum, ac plurium Litterarum Ducalium, turbantur in eorum Jurisdictione, neque eam exercere permittuntur juxta præfatarum Litterarum Ducalium, & Statutorum dispositionem, imo ab aliis Jusdicentibus prædictæ Civitatis dicta eorum Jurisdictio usurpatur, ac in dies magis queritur usurpari contra juris debitum, & in grave damnum non modo dicti Paratici Mercatorum, sed universæ Civitatis istius, quod minime fieri permittendum est. Ideo Magistratus Nostri suffragio implorato Sp. V. Req. ut Statuta prædicti Paratici Mercatorum, cum ipsis Litteris Ducalibus observent, & ab omnibus faciant observari sub pœna Ducatorum ducentum, auctoritate Officii Nostri, cuilibet contrafacienti, seu procuranti contra prædictas Litteras, & Statuta, medio Consiliorum Nostrorum auferenda. Verum si Sp. Vestra haberet aliud in contrarium, Nobis rescribat.

Sub. Nicolaus de Ponte Advoc. Communis Venetiarum.

Die 29. Decembris 1540.

A tergo. (Sp. & Egr. Viris D. Vincentio Diedo Potestati, & Antonio Michaeli Capitaneo Pergami honorandis Amicis cariss.

Die 8. Januarii 1541. Coram prædicto Clariss. D. Potestate existente in Camera Audientiæ suæ præsentatæ fuerunt supradictæ Litteræ per D. Jo: Franciscum de Bonghis, D. Paulum de Brixianis, D. Jo: Franciscum Brembilla, & D. Defendum de Sancto Gallo Consules, suis, & nominibus Paratici Mercatorum Pergami petentes eatum executionem, & commissa fuit earum executio.

Subscriptio talis est, omisso Sigillo S. Marci.

Jo: Stephanus Fran. Verdellus Coad. Canc. Præt. M.

C A P. C X I.

Che non si debbano lasciate asciugare Panni di Lana tinti, tirati in chiodera; ma subito spianati si distacchino, acciò possano tornar a loro segno; sotto pena della perdita del Panno, e più lire venticinque Imper. metà all' accusatore, e l' altra metà al Comune.

Essendo venuto all' orecchie del Clariss. Sig. Podestà, e delli Signori Giudici delle Strade, e Signori Consoli de' Mercanti le fraudi, che si commettono da alcuni Mercanti di Panno, e volendo Sue Signorie proveder, e obviar a tali fraudi, quali vengono ad esser commesse dalli predetti in gran danno, e pregiudizio delli Compratori di detti Panni, e vergogna di questa Repubblica.

Però volendo provveder a tali disordini, fraudi, ed inganni, si fa publico Proclama da parte del Clariss. Sig. Podestà, e Signori Giudici, e Consoli antedetti, che non sia persona alcuna di qual grado, e condizione esser si voglia, che ardisca, ovver presuma tirar, nè far tirar Panni di Lana tinti in Chiodere, per lasciarli sugar così tirati; ma subito quelli saranno spianati, li vogliano subito distaccar da dette Chiodere, e lasciarli sugar bandenti, acciò quelli possano tornar a loro segno, sotto pena di perder detti Panni, quali veniranno esser trovati senza alcuna remissione, e più di Lire 25. Imperiali, della qual pena sia la metà dell' Accusatore, e l' altra della Comunità, sì del Panno, come de' dinari.

Die 23. Martii 1549. Magn. Joannes de Besuzo subjiciens se hodie super Regio Communis proclamasse prout supra, astante magna Populi copia.

C A P. C X I I.

Che non possano li Tessitori, levati li Panni dalli telari, portarli ai Padroni di essi, nè li Padroni accettarli, se prima non saranno stati presentati all' Officio della Stanga, ad esser esaminati, sotto pena di Lire venticinque Imper. per ogni Panno, metà all' Accusatore, e metà al Comune. E che li Tessitori debbano mettere il suo segnale, o bollo al Libro de' Mercanti a ciò destinato, e quel segnale imprimere alla testa de' Panni, sotto pena di Lire venticinque Imper.

Il Clarissimo, ed integerrimo Sig. Marc' Antonio Morosini di Bergamo Podestà degnissimo, e li Nob. Signori Consoli delli Mercanti di questa Città, avendo presentito varie fraudi, ed inganni commettersi nelli Panni, quali di giorno in giorno si fanno in questa Città, sì da alcuni più che temerarj Mercanti proprj, come ancora da' Tessori d' essi, posponendo gli ordini po-

sti per la Magn. Comunitade sopra ciò in non far li Panni della qualità, sorte, e bontà, che sono obbligati fare secondo essi Capitoli, ed Ordini; e che più per non essere tansati, e castigati, ma per meglio farli a modo loro, nè il Mercante, nè il Testore (tali vi sono) non presentano detti Panni, quali di giorno in giorno fanno, all' Officio della Stanga, dove li difetti, e magagne loro si discoprano, Officio perciò posto, e con grande interesse della Magnifica Città. Però esso Clarissimo Sig. Podestà, ed essi Signori Consoli, volendo a ciò provvedere, e considerando quanto ben santamente, siano stà posti essi ordini, e perciò per utile Pubblico volendo che si osservino, fanno pubblica grida, e Proclama, che tutti li Mercanti Testori de' Panni, ed altri, che lavorano circa il fabbricar Panni, debbano sotto le pene rispettivamente, che si contengono in essi Ordini, far quel tanto circa il fabbricar Panni, che per virtù loro sono obbligati, a' quali in tutto, e per tutto s' abbia relazione. E che li predetti Testori debbano presentare li Panni da loro tessuti all' Officio predetto della Stanga alli Diputati, subito che li levaranno dalli telari, nè li possano portare alli Padroni d' essi, nè meno li Padroni li possano accettare per alcun modo, se prima non li averanno portati, e presentati al detto Officio della Stanga, ut supra, sotto irremissibil pena di Lire cinque Imperiali per cadauno Panno, nella quale debbano incorrere così li Padroni, come li Tessidori delinquenti, la metà della qual pena sia dell' Accusatore, e l' altra metà della Magnifica Comunità, e si possa così accusare il Padrone, come il Testore, e così all' incontro il Testore, come il Padrone; e così l' un, e l' altro possano accusare, e quello, che accusarà l' altro, avuta la verità, sia assolto, ed oltre guadagni la metà d' essa pena. Oltre di ciò commettesi, e s' impone, che li Testori de' Panni debbano in termine di giorni otto prossimi avvenire mettere il suo Segnale, e Bollo al Libro delli Mercanti a ciò ordinato, e dare sicurtà secondo essi Ordini, e far poi quel segnale sulla testa alli Panni, sotto pena di Lire venticinque Imper. da esser applicate, e divise ut supra, concedendo ampla libertà alli Cavalieri della Magnif. Comunità di poter inquisire circa ciò, ed accusare li delinquenti in luogo di quello, qual doverebbesi deputare per loro, ed alli Cavalieri, ed Offiziali delli Clarissimi Signori Rettori, quali abbino a guadagnare la metà d' essa pena, come di sopra.

Die 27. Decembris 1561. Publicatum fuit de more suprascriptum Proclama super Regio Novo, servatis in similibus servandis, praesente magna Popoli caterva per Jo: Baptistam Murium Tubicem, me Notario legente in formam, & in fidem.

Vincentius Marchesius Not. & Offic. Palat. Mercat. D. D. Consulum pro Magn. Co. Deputatus.

CAP. CXIII.

Che chi rubarà Lana, o Filato, e chi ne comprerà da persona, che non sia Mercante Pubblico, caschi in pena di Lire 100. Imper. e più, a misura del furto, o ancora della Berlina, e della Frusta ad arbitrio de' Consoli.

Venendo continue querele, e lamentele alli Signori Consoli de' Mercanti di questa Città, e Territorio de' diversi Mercanti della Pannina, a' quali nel far lavorar Lane per fabbricar Panni, gli viene sì da' loro Lavoranti proprj, come da altre persone rubbata la Lana, e Filato loro, e questo procede massimamente, perchè vi sono delle persone, quali posposto ogni timor Divino, e facendosi poco conto della piccola pena datali per le Leggi, e Statuti de' Signori Consoli, stanno sul traffico del comperar di questa Mercanzia rubbata, avendola per la metà di quello vale, ed anche per più vile prezzo in gran danno de' tali Mercanti, e vilipendio della Giustizia, là dove il Magnifico, e Clarissimo Sig. Marco Antonio Morosini di Bergamo Podestà degnissimo, e li Nobili, e generosi Signori Leonardo Albano, Giacomo Boson, e Colleghi Consoli onorandi delli Mercanti di questa Città volendo a tali convenienti provvedere, fanno pubblico Proclama, e Strida, che de cætero non sia persona alcuna di che sorte, e condizione esser si voglia, quale ardisca di rubare, o far rubare ad alcun Mercante, nè altre persone alcuna quantità di Lana filata, ed altra sorte di Mercanzia, nè di questa sorte di Mercanzia vendere sotto irremissibil pena, oltrecchè siano obbligati alla restituzione della roba rubata, di essere messi in Berlina, aut scovati per i luoghi soliti della Città, aut di Lire cento Imper. e più, e manco, secondo il furto, volendo che nella istessa pena pecuniaria incorrano coloro, che compreranno di questa Mercanzia rubata, e faranno comperar, e se non averanno il modo di pagare la suddetta pena pecuniaria, incorrano nell' altra corporale suddetta, la qual pena pecuniaria sia applicata per metà all' Accusatore, e l' altra ad arbitrio delli Signori Consoli, a' quali esso Clarissimo Signor Podestà dà ampla libertà di condannare tutti li delinquenti secondo a loro, per debito di Giustizia, parerà; volendo anco che incorrano nell' istessa pena quelli, li quali compreranno di questa Mercanzia da alcuno, qual non sia Mercante pubblico, aut usuale, juxta la forma de' Statuti, ed a maggior osservazione della presente grida, si concede ampla libertà a tutti gli Officiali d' esso Clarissimo Signor Podestà, e Signor Capitanio, ed alli Cavalieri della Magnifica Comunità di poter circa ciò inquisire, ed accusare li contraffacenti, a' quali vogliono se gli dia ampla fede con il giuramento, e un Testimonio degno di fede, e così abbiano a guadagnare la metà di essa pena, come sopra.

Die duodecimo Mensis Decembris Anni 1562. Publicatum fuit supradictum

dictum Proclama super Regio Novo Communis Pergami, de more, per Baptistam Mutium Tubicen, præsente magna Populi quantitate, me Not. infrascripto legente. In fidem.

Vincentius Marchesius Not. ex Off. Sp. D. D. Cons. Parat. pro Magnif. Commun. Not. Deputatus.

Ego Hieronymus de Novellis Not. &c. exemplavi prædicta Statuta, ita requisitus a D. Dominico Mageno Anno MDLXVI.

CAP. CXIV. fino CXXII.

Che i Consoli non possano giudicare, se non Cause di materie Mercantili, e vertenti tra Mercanti.

Tenore præsentium intimetur, & præcipiatur personaliter, vel ad domum solitam habitationis, & familiæ Sp. D. D. Consulibus Mercatorum Pergami, aut ad eorum Officium, eis ad Tribunal, vel eorum Notario existentibus, quatenus in pœna Libr. quinquaginta Imper. eis, & cuique eorum inobedienti irremissibiliter auferenda, & arbitrio Nostro apponenda, & ultra sub pœna nullitatis quorumcumque actitandorum, non audeant, nec præsumant de cætero quoquomodo sententiare, vel judicare, aut cognoscere super aliquibus causis coram eis motis, vel movendis, nisi dumtaxat, & solummodo in causis coram eis motis, vel movendis per Mercatores contra etiam Mercatores, & ex causa Mercantiæ, aliter &c. Hocque fecimus rationabilibus causis moti, & præcipue pro observatione Statutorum hujus Civitatis, quorum tutelæ tenemur, auditaque, & intellecta querimonia diversarum personarum, quod prædicti D. D. Consules quærunt ad se trahere, quamplures causas, quorum cognitio eis non spectat, & præsentes meas volumus etiam ad Successores extendi, & habere locum. In quorum &c.

Pergami die XIX. Julii MDLII.

Die XXVI. Mensis supradicti coram &c. retulit Petrus Sparaverius Ser. se die Sabbati proxime præteriti, ad Officium prædictorum Sp. D. D. Consulum, eis pro Tribunali sedentibus, intimasse ipsis Sp. D. D. Consulibus consimilem copiam supradicti præcepti affirmati, & sigillati Sigillo Clarissimi D. Prætoris, & eisdem præcepisse in omnibus, prout supra.

Subscriptio Notarii, omisso signo.

Ego Joannes Petrus D. Laurentii de Sabellis Not. Publ. Pergamensis, & Deputatus Off. Clarissimi Domini Potestatis Pergami de prædictis omnibus rog. fui, & in fidem subscripsi.

CAP.

C A P. C X V.

Littera appellationis a dicto Mandato Magnif. D. D. Auditorum No. Ven.

Sp. & Gener. Vir. appellatum est Officio Nostro parte, & nomine D. Bernardi de l' Ulmo Consulis Mercatorum Pergami suo, & nomine aliorum D. D. Sociorum suorum, a quodam præcepto sibi D. D. Consulibus intimato parte Sp. V. quæ eis pœnam imposuit Librarum quinquaginta Imper. cuique eorum inobedienti, & sub pœna nullitatis quorumcumque actitandorum non audeant, nec præsumant de cætero quoquomodo sententiare, vel judicare super aliquibus causis motis, vel movendis &c. & ut in eo, diei XIX. Julii proxime præteriti, quare Sp. V. requirimus, ut copiam dicti præcepti, & omnium aliarum Scripturarum causæ pertinentium, ad Nos sub suis Litteris, & Sigillo mittat, citari faciendo omnes, quosque sua interesse putantes, ut in termino dierum decemocto post harum præsentationem, coram Nobis, & Officio Nostro compareant, aliter &c. & de citatione rescribat.

Venetiis die XIII. Augusti MDLII. nihil interim innovando, sed omnia innovate retractando.

Franciscus Contareno, & Coll. Aud. N. Sen. D. Do. Venet.

A tergo. Sp. & Gener. D. Constantino de Priolis Potestati Pergami honor. &c.

Die 18. Augusti supradicti præsentatæ fuerunt præd. Magn. D. Potestati per prædictum Dominum Bernardum suo, & nomine, ut supra, petentem earum executionem.

C A P. C X V I.

Aliæ Litteræ obedientiales Illustrissimorum Aud. Nost.

Sp. & Gener. Vir. modesto gravamine Nobis exposito parte Domini Bernardi de l' Ulmo nomine suo, & Collegarum suorum, intelleximus quod Sp. V. parere non curat Litteris appellationis Officio Nostro eorum nomine interpositæ a quodam præcepto eis intimato parte Sp. V. tenoris; & continentiæ, ut in eo, de quo in Litteris appellationis, quod equidem vix credere potuimus cognoscentes Sp. V. prudentissimam: Quare latere non debet sibi spectare exequi Litteras Officii Nostri, & præsertim appellationis; tamen sic requisiti nomine dictorum appellantium, has Nostras Sp. V. reiterandas duximus eamdem requirentes, ut omnino Litteras appellationis prædictas in omnibus ut stant, & jacent exequatur, & observet, non dando Nobis

Nobis amplius materiam, ad eam hac de causa scribendi, & ad ulteriora procedendi pro viribus ut Magistratus Nostri, prout eamdem pro debito Justitiæ, & solita prudentia facturum non dubitamus.

Venetiis die primo Mensis Septembris Anno 1552.

Franciscus Contareno,) Aud. No. Sen. Illustriss. Duc.
& Collegæ.) Do. Venetiarum.

A tergo Sp. & Gener. D. Constantino de Priolis Potestati Pergami honor. &c.

Die XIV. Mensis supradicti. Præsentatæ fuerunt prædicto Magnifico D. Potestati per supradictum Dominum Bernardum suo, & nomine ut supra petentem earum execut.

C A P. C X V I I.

Rescriptum Clariss. D. Prætoris.

Magnif. Dom. Honor. Alli 18. di Agosto, per li Sp. Consoli della Mercanzia di questa Città di Bergamo, mi furono presentate le Lettere di Vostre Magnificenzie di 13. del detto Mese; per le quali le mi richiedettero ad instanzia di detti Consoli a mandargli sotto mie Lettere, e Sigillo la copia di un Mandato a loro di mio ordine intimato, che sotto pena, come in quello, non dovessero a modo alcuno giudicar, nè sentenziar de cætero, se non le cause mosse per Mercatanti, e contra Mercatanti per conto della Mercanzia juxta li Statuti di questa Città, con tutte le altre Scritture pertinenti a detto Mandato, facendo citar quelli, che ne avessero interesse, a comparir davanti le Magnificenzie Vostre in termine di giorni 18. dopo la presentazione, secondo si contiene in dette Scritture, alle quali non mancavo, come è il debito mio, di voler dar la dovuta esecuzione quanto al mandarle le Scritture sotto bolla, e fare la citazione predetta; ma detti Consoli non si sono curati di tor essa esecuzione, perchè col mezzo di tal Lettera volevano continuare nel giudicare loro contro la forma de' Statuti di questa Città per virtù della clausola posta in esse Lettere: *nihil interim innovando, sed omnia innovata retractando*, volendo ampliare la Giurisdizione di detto loro Officio, ed usurpare, e restrenzere fuora di modo quella di questo Magistrato, onde dovendo trattarsi di Giurisdizione usurpata, ed essendo anche ricercato così da questa Magnifica Comunità per interesse suo, mi parve far soprasedere essi Consoli a tali giudicature loro fin tanto che si decidesse tal differenza da chi si appartiene, ma non solamente non hanno voluto, come ho predetto, la esecuzione di portar dette Scritture sotto bolla, ma sono venuti ad impetrare dall' Officio di quelle un'

un'altra Lettera de primo dell'instante, ch'io debba obbedire le dette prime Lettere di 13. Agosto detto, non con animo di voler far spedire tal causa, ma a fine di continuar in giudicare, come hanno fatto finora, usurpando, ed attraendo al detto Officio loro molte cause, che non li aspetta contra la forma de' detti Statuti di questa Città; finalmente vedendo non poter continuar, sono ora venuti a richieder le Scritture sotto bolla, e la citazione in forma, e così io, come obbedientissimo alli Mandati delle Vostre Magnificenzie, e d'ogni altro mio Superiore, gli mando qui allegate, e sigillate, per le quali Scritture, fra le altre, Vostre Signorie vederanno la mente, e intenzione del Consiglio di questa Magnifica Comunità, per la parte di quella presa di dover sostentare tal Mandato, avendo dato ordine, e commissione de lì all'Eccellente M. Francesco Sonica Dottore Avvocato, che compara avanti di quella, e ove sarà bisogno per tal causa, essendo sta citati de qui li Difensori di essa Magnifica Comunità, a comparer come ho predetto nel termine contenuto nelle dette Lettere di giorni diecietto prossimi, e a V. S. mi raccomando, alla quale significo, come oggi così instando gl' Intervenienti per detti Sp. Consoli ho ridotto esso termine a giorni otto in presenza di detti Difensori.

Di Bergamo li 27. Settembre 1552.

Reg. die 5. Octobris 1552.

Constantino di Prioli Podestà.

CAP. CXVIII.

Intromissio D. Advocatoris.

Die 9. Decembris 1552.

Magnificus D. Marinus Justiniano Honorandus Advoc. Com. intromisit praeceptum poenale Sp. D. Constantini de Priolis Potestatis Pergami die 19. Julii proxime praeteriti emanatum contra Consules Mercatorum, ut non debeant cognoscere, vel judicare super aliquibus causis coram eis motis, vel movendis per Mercatores contra etiam Mercatores, & ex causa etiam Mercantiae, & prout in eo, & hoc visis Scripturis, & partibus auditis V. Augustino de Zucchis Notario, nomine supradictorum D. D. Consulum Mercatorum Pergami, cum Dominis Joanne a Sole, & Hieronymo Zonca D. D. suis Advocatis ex una parte appellate, & D. Hieronymo de Benaleis Cancellario, ex nomine Magnificae Communitatis Pergami, cum D. Jo. Antonio Suardo, & D. Francisco Assonica Doctoribus suis Advocatis ex altera parte appellata.

Federicus Segalinus Off. Aud. No. S. D. D. V.

CAP.

CAP. CXIX.

Litteræ D. D. Aud. Nov. de suspensione, stante Intromissione Potestati Pergami.

Stante intromissione per Nos heri partibus auditis facta de præcepto pœnali Sp. V. concesso contra Consules Mercatorum Pergami, & ad favorem istius Magnificæ Civitatis, quo mandavit, ne dicti Consules debeant judicare, vel cognoscere super aliquibus causis coram eis motis, vel movendis, nisi in causis motis, vel movendis per Mercatores, contra etiam Mercatores ex causa Mercantiæ, & ut in eo, Sp. V. requirimus, ut vigore dicti præcepti nil innovet, seu innovari permittat, sed omnia innovata retractet usque ad expeditionem causæ in Consiliis.

Die 1c. Decembris 1552.

Marinus Justiniano Auditor No.

Jo. Venerius Off. M. DD. Aud. Not. Ex.

Die 19. Decembris supradicti. Præsentatæ fuerunt per Augustinum de Zucchis intervenientem, nomine supradictorum Sp. D. D. Consulum, petentem earum execut. Prius ad hæc citatis D. D. Defensoribus Magnif. Communitatis, & commissa fuit executio &c.

Sub. Bartholomeus Ciseranus Coad.

Sp. & Gener. Vir, ad instantiam Magnif. istius Communitatis Sp. V. retrograde citari faciat D. Bernardinum de l'Ulmo, & Socios Consules Mercatorum istius loci, quod Venetiis compareant ad Consilium Nostrum de XL. Ci. No. ad videndum introduci, & expediri pro omnibus diebus Mensis instantis, & Martii proxime futuri, causam vertentem inter ipsas partes, alias intromissam per Magnificum D. Marinum Justiniano sub die 9. Decembris proxime præteriti, & ut in ea, aliter, & de citatione rescribat &c.

Venetiis die 4. Februarii 1552.

Marcus Antonius Contareno,) Cap. Conf. de XL. Civ.
& Collegæ.) No. III. D. D. V.

A tergo. Sp. & Gener. D. Constantino de Priolis Potestati Perg. Hon. &c.

Die 16. Februarii suprad. Præsentatæ fuerunt per D. Hieronymum de la Valle defensorem, nomine prædictæ Magnif. Civitatis petentem earum executionem. Ad hoc citato D. Tiberio de Soltia Consule Mercatorum, suo, & Collegarum nomine per Jacobum Camartinono ser. ut retulit.

Die 17. Menfis Februarii fupradicti. Retulit Bartholomeus Bononia Ser. fe hodie perfonaliter citaffe fupradictum D. Bernardum de l'Ulmo, Leonardum Cerefolum, dictum D. Tiberium Confules Mercatorum, ut fupra compertos in Palatio ad eorum folitum Bancum, quod compareant Venetiis in termino, & juxta tenorem fuprad. Litterarum, aliter &c. ad inftantiam, ut fupra.

Die dicta refponfum fuit in forma &c.

Bartholomeus Ciferanus Coad. Ex.

Præceptum Prætorium pro Jurifdictione contra actorem cum fententia.

C A P. C X X.

FRANCISCUS LONGUS PERGAMI PRETOR.

Condoluit coram Nobis D. Cæfar de Pagnonibus hofpes in loco Bordoniæ, quod quamvis ipfe non fit Mercator, nec aliquid contractaverit cum D. Sancto Zaninello de Pefentibus de Zonco, & habitatore, ex caufa Mercaturæ, nihilominus ipfe D. Sanctus quamdam executionem facit contra dictum D. Cæfarem, coram D. D. Confulibus Mercatorum hujus Civitatis, pro quodam ejus prætenfo Credito caufa Furmenti, Vini, & Caftanearum ipfi D. Cæfari datarum, qui D. D. Confules funt in hoc Judices incompetentes, propterea petiit fibi a Nobis in perfonis de opportuno juris remedio provideri, mandarique, & præcipi ut infra, cui petitioni tamquam juridicæ annuentes, præfentium tenori mandamus antedicto D. Sancto. Quatenus fub pœna Lib. 10. Imper. ei nifi paruerit auferenda, & applicanda pro dimidia ipfi D. Cæfari, & pro altera arbitrio Noftro, & ultra fub pœna nullitatis, ulterius contra ipfum D. Cæfarem coram dictis D. D. Confulibus non procedat, fed fi quid contra eum prætendit, coram Nobis, vel alio Judice competenti agat, aliter &c. Verum fi quid &c. compareat citato dicto D. Cæfare, five D. Julio de Zanchis Procuratore fuo, & dimiffo Procuratore in actis, aliter &c.

Pergami die 17. Martii 1576. & de intimat.

Subfcrip.

Nicolaus Carraria de Benaleis.

Sententia.

Die Veneris 23. Martii 1576. Indict. IV. ad Officium Clariffimi, & Magnifici D. Francifci Longhi Pergami, & Diftrictus Poteftatis digniffimi.

Cla-

Clarissimus D. Franciscus Longus Pergami, & Districtus Prætor dignissimus sedens &c. Auditis in contradictorio Judicio D. Josepho F. & agente nomine D. Sancti de Zaninellis de Zonio, petente revocari Mandatum parte suæ Magnif. Clarissimæ, & ad instantiam D. Cæsaris de Pagnonibus de Bordonia, intimatum ipsi D. Sancto, continentiæ ut in eo, quod sub certa pœna, ac sub pœna nullitatis, contra ipsum D. Cæsarem, non procedat coram Sp. D. D. Consulibus Mercatorum, & hoc stante, quod ipse D. Cæsar, sive ejus Procurator consenserunt in prædictos Sp. D. Consules, & est Mercator, & Debitor ex causa Mercantiæ, prout si opus fuerit verificabitur, & stante Statuto Paratici Mercatorum Pergami, ac Litteris Ducalibus, pro eorum observatione, pluries scriptis, ac stante Intromissione facta per Clarissimos D. D. Aud. No. de Mandato generali, alias parte Clarifs. D. Constantini Priuli, olim Pergami Prætoris intimato D. D. Consulibus prædicti Paratici Mercatorum, & aliis rationibus ibidem dictis &c. tam per eum, quam per D. Bonhomum Martinonum ejus Procuratorem, & ipsum D. Cæsarem in expensis condemnari.

Et ex adverso, audito D. Julio de Zancho Interveniente Procuratorio nomine prædicti D. Cesaris, prædictis contradicente, & dicente asserta ex adverso narrata, vera non esse, & petente confirmationem dicti Mandati, stante dispositione Statuti Civitatis, & aliis rationibus ibidem dictis, & ipsum D. Sanctum in expensis condemnari, tandem multis hinc inde dictis, viso prius per ejus Magnificentiam dicto Mandato, & actis in præsenti causa hucusque factis in Officio Sp. D. D. Consulum Mercatorum, & omnibus supra allegatis, diffinitive sententiando dictum Mandatum confirmavit, & confirmat fine clausula si quis, ipsumque D. Sanctum in expensis condemnavit, quarum &c.

